† Vide ad h. c. ceter. s̄. h ti. gl. i v̄. in lr̃is. i c. pastoralis. §. q̄m. j. de offic. deleg.

† Ad idē ter. i. l. j. ⁊ ibi Cy. C. de pre. ipe. off. doc. in c. sup lr̃is. j. eo.

¶ Glo. seq̄ns obijcit ⁊ soluit.

c ¶ Careat. Immo videtur q̄ etiā causam perdere debet: sic̄ qui petit seruū in vno iudicio: si petat eūdem in alio perdit causā. C. de asser. tol. l. j. §. vlti. q̄ vbi iudicium cepit: ibi debet accipere finem. ff. de iudi. vbi ⁊ primis iudicibus fieret iniuria. ff. de arbi. litigatores. Tamen cām non p̄dit: sed sufficit q̄ perdat lr̃as ⁊ in expensis condēnetur. j. co. ti. q̄ nōnulli. Sed illud de seruo fauore libertatis dictum est. Berñ. Cap. XVII.

Diuisio **C**Um adeo. ¶ Cōmunis est diuisio. Secunda ibi. [Cum enim.]

d ¶ Moderemur. Et vere cū multa moderatione debent fieri ⁊ concedi. xxxv. q. ix. apostolice. vt non possint reprehendi. Q̄uādoq̄. tamen ipsum fallit obliuio. xxiiij. dist. preterea. ⁊. xxx. q. iiij. q̄d autē. ibi oblitus fuit vrbanus: cum oīum habere memoriam ⁊ in nullo peccare potius est diuinitatis q̄ȝ humanitatis. C. de ve. iur. enu. l. ij. §. si quid aūt. Et nihil est in humana cōditione q̄ perpetuo stare possit. C. co. ti. l. ij. §. sed q̄ diuine. Et testamentum in nulla p̄te sui: similiter debet esse vitiosū. C. de edic. diui adria. tollen. l. vlti. sic ⁊ priuilegium. j. de fide instru. inter dilectos. ⁊. j. de priuil. cum olim. in fine.

¶ Glossa sequens recitetur per questionem: que dicatur sufficiens prebenda.

e ¶ Sufficiētē. Debet enim talis esse que sufficiat sibi ⁊ suis. l. di. studeat. ⁊ q̄d aduenietes possit recipere ⁊ iura ep̄alia persoluere. j. de prebē. de monachis. ⁊. j. de suppl. neglīgē. prelat̃. sicut. In tali sufficientia debet haberi ratio nobilitatis. xlj. dist. non cogantur. ⁊ scientie. j. de preben. de multa. ⁊ dignitatis. ff. de va. ⁊ extraord. cog. l. j. §. in honorarijs. ⁊. ff. de vsufruc. sed ⁊ si quid. §. j.

preposito ⁊ fratribus eiusdeꝫ ecclesie litteras miserimus: cum si litterarum nostraruꝫ seriem attendisses: nihil inuenisses in eis quod debuisset tuum animum offendisse. ¶ Cum enim in litteris: nec de prebenda [a] ipsius mẽtio haberetur: nec modecensis canonicus: imo nec [b] clericus diceretur in eis: ⁊ in litteris ipsis hec esset adiecta conditio: si [c] dignus existeret ad ecclesiasticum beneficiuꝫ obtinendum intelligere potuisses: qualr̃ littere ipse fuerant impetrate.

Idem electo decano: ⁊ N. canonico cameraceñ.

¶ Ordo rescripti interpretationem recipit a iure communi. Capitulum. xviij.

Causam que inter premõstrateñ. et pramon. ecclesias super possessionib⁹ de anapia vertitur: ⁊ infra. ¶ Quia in litteris animaduertimus fuisse insertum: ꝙ si alterutra partium citata [d] legitime presentiam vestraꝫ adire: vel iudicio vestro parere contẽneret vos presentis partis probationes recipere [e]: ⁊ quantuꝫ [f] de iure poteritis in cause cognitiõe ac decisione procedere minime tardaretis. ¶ Nos volẽtes vt clausula illa quantũ de iure poteritis: que anteꝙ̃ de ꝓbationuꝫ receptione mentio fieret: fuerat inserẽda [g] clausulam illaꝫ de receptione ꝓbationum precedat [h]. Mandamus quatenus ipsaꝫ intelligentes ibidẽ in causa: iuxta tenorem litteraruꝫ procedere non tardetis: prouisuri vt si litteraruꝫ auctoritate priorum in eodem negocio legitime est processum / firmum / et stabile perseueret. Aliogn si occasione clausule memorate aliquid constiterit in alterius partis preiudicium attẽtatuꝫ: id viribus decernimus cariturum. Mandãtes vt in decisione ipius negocij (sicut premissum est) tam sup principali ꝙ̃ super incidentibus [i] questionibus ap. re. canonice [k] procedatis.

Idem archiepõ Senoñ. [l]

¶ Non valet impetratio in ecclesia numerata: non facta de numero mentione: si per eam frãgitur numerus canonicorum: lꝫ non frangatur numerus prebendarum: ⁊ processus inde factus est nullus. hoc dicit quo ad intellectuꝫ.

Panor. Capituluꝫ. xix.

Constitutus apud sedeꝫ

¶ Glo. seq. que arguit negatiue soluit contrariuꝫ.

a ¶ De prebenda. Sed qd si esset modica ⁊ insufficiẽs: tenetur de illa facere mẽtionem: nõ videtur. arg. a cõtrario sensu. j. de prebẽ. cum teneamur. Expeditũ est ꝙ qualecũqꝫ sit bñficiuꝫ debet inde facere mẽtionem. Si enim dicat se nullũ ecclesiasticum bñficium assecutũ: ⁊ impetrat rescriptuꝫ nõ valet. j. co. si ꝓponente: et ibi dicet̃ de hoc. Et qui habet plura bñficia hanc exceptionem opponere non põt. j. de excep. cum eccl'. Et lꝫ papa ꝑcise scribat: exceptiones tñ ⁊ iustas excusatiões patiẽter admittit. s̃. co. si quando. ⁊ j. de offi. dele. ex pte tua. ij. ⁊ j. de preben. cum teneamur. nam qñqꝫ scribit reb⁹ aliter se habẽtibus. ar. ij. q. vj. §. biduũ. ꝟsus fineꝫ. ꝟ. rursus illud.

b ¶ Nec clericus. Si dicit se clericum cum non sit non valent littere. j. de trãsactio. ex lr̃is. ⁊ qui non est clericus nõ reputatur idoneus: vt hic. nec potest in clericoꝝ numero cõputari. j. de isti. c. ij.

c ¶ Si dignus existeret. Cõditio ista sine omni expressione sbintelligitur. j. de elecẽ. causaꝫ que. sicut illa si ꝓces veritate nitãtur. s̃. co. ex parte. j. Sic patet ꝙ qui habet sufficiens beneficiũ ad aliud beneficiuꝫ reputat̃ indignus. j. ð ꝓbẽ. sup. ⁊ j. de cle. nõ residẽ. conquerẽte. cum ipso beneficio secundo seruire non possit: vt ibi.

Causam que. ¶ Diuidit̃: q: in prima parte ponitur partis conquestio. In secũda responsio ⁊ iudicis instructio. ibi [Nos.] Abb. sicu. Cap. XVIII.

d ¶ Citata legitime. i. tertio. j. de cle. nõ resi. ex tue.

e ¶ Probatiões recipere. Per qð videbatur ꝙ possent recipere testes lite non contest. qð esse non debet: vt. j. vt lite non contesta. quoniam. ⁊ per totum titu. nisi in casibus contentis in. c. quoniã frequenter. ⁊ in casu quem habes. j. de offi. iudi. c. ij.

f ¶ Quantum de iure poteritis. Hec clausula semper debet poni in termino peremptorio: ⁊ post ipsum terminum peremptorium. j. de in integrum restitu. cum ex litteris. ⁊ j. de dolo et contuma. cum dilecti. quia tunc post peremptorium edictum iudex comminari debet se processurum. ff. de iudi. in peremptorio.

g ¶ Fuerat inserenda. Sed errore scribentis: fuit postposita: sed error talis non nocet. C. de testamẽ. errore. ⁊ l. ambiguitates. Unde dic inserenda: idest ac si inserta esset intelligenda. videbatur enim ꝙ nõ respiceret precedẽtia. j. de appella. inquisitioni. Sed non est veruꝫ: quia non est verisimile domi num papam totam iuris obseruationeꝫ tot laborib⁹ ac multis vigilijs excogitatam vnico verbo tollere velle. C. de inoffic. testamen. si quando. ⁊ j. de elec. ecclesia vestra. ij. et argumen. j. de resti. spolia. audita. ⁊ qui tutorem precepit cõfirmari: s̃m ius intelligitur precipere. ff. de cõfirmat. tuto. l. tutores.

h ¶ Precedat. Et ita quandoqꝫ clausula sequens determinat precedentia. Et quandoqꝫ precedens sequẽtia prout iuris ordo requirit. xxxij. questi. vij. Apostolus. et. j. de appellatio. secundo requiris. ff. de conditio. ⁊ demonstra. l. auia. Quandoqꝫ sequens clausula respicit terminum ꝓxime positum. j. de donatio. cum dilecti. in fine. ⁊ optime facit ad hanc materiam. ff. de lega. primo. si s̃uus pluriuꝫ. in fine. §. vltimo. et vere precedere debet: quia per totum processuꝫ negocij de iure debet procedi. C. de appellat. cos. §. primo. ⁊ precedentia quandoqꝫ repetita intelliguntur. ff. de conditio. ⁊ demonstrat. l. auia. Item hic est argu. ꝙ verba rescriptorum s̃m ius cõmune intelligenda sunt. j. de offi. delega. super questionuꝫ. §. si ꝓ duo. ⁊ j. co. super litteris. ⁊ C. de inoffi. testa. si quando. Nec ordo scripture spectatur: sed potius id quod de iure sumitur. ff. de solut. nec ordo. secus in priuilegijs. j. de decimis. ad audientiã. in fine. ⁊ j. de priuile. c. in his.

i ¶ Incidentibus. Ipõ iure tam in principalibus ꝙ̃ in accessorijs: vel incidentibus: vel emergentibus remota est appellatio. j. de appel. c. vt debitus.

k ¶ Canonice. Idest s̃m iura canonica. de quibus. s̃. de constitut. c. primo.

Capitulum. XIX.

Constitutus. ¶ Non valet rescriptum executoriũ impetratũ sup prebẽda ⁊ canonicatu in quo nulla

Bñficiat⁹ sufficiẽter beneficiari non dꝫ.

Diuisio

Papa [...] ris obfu[...] tiam vel[...] tollere n[...] ꝑsumitu[...]

Sũmariũ

est facta mentio de statuto vel de certo canonicorum numero iuramento firmato. Joannes andr. Primo ponit impetrationem. Secundo exceptionem contra ipsam. Tertio distinctionis commissionem. Secunda ibi[Uerum.] Tertia ibi[Discretioni.] Abbas siculus.

Diuisio.

¶ Glo. sequens querit. arguit pro ⁊ contra ⁊ soluit. in fine. fortificat tex. cui dicto obijcit ⁊ soluit.

a ¶ Ut ipsum reciperēt. Hic duo mandantur. primum vt recipiant illum in canonicū. scdm vt assignent ei prebendam si vacat vel quam cito vacauerit. Nunquid ergo si nō possunt assignare ei prebēdā: tenentur eum recipere in canonicum saltem. Argumen. ꝙ sic. j. de preben. dilectus. ⁊ j. de do. ⁊ contuma. cum dilecti. Argumen. contra. j. de offi. delega. cum super abbatia. ff. quod cum falso tut. l. j. §. j. ⁊ l. ij. argumen. quasi a contrario. ij. questione. vj. §. diffinitiua. ver. quandoque plures. ⁊ ff. quemadmodum ser. amit. si communem. ⁊ ff. de mino. etiam. §. primo. ⁊ l. tutor. §. j. argumen. pro ⁊ contra inuenies. ix. distin. si ad sacram. Finis autem decre. videtur dicere ꝙ non: ⁊ scdm hoc est vnū mandatum ⁊ non duo: ⁊ hoc ideo dicit: quia iuratū erat de certo numero canonicorum. vnde ratione iuramenti non poterant augere numerum. Duo in veritate mandauit papa: scilicet vt eum reciperent in canonicum ⁊ eo recepto prouideretur ei: ⁊ eum recipere erat contra numerum sacramento firmatum: quare littere non valebant. Et certus numerus canonicorum debet statui in ecclesia scdm facultates ecclesie. in auc. vt determinatus sit numerus clerico. col. j. j. de vi. ⁊ honesta. clerico. quoniam vt ait. Et idem est si certus numerus statutus sit in ecclesia. licet non sit iuratus/aut per sedem apostolicam confirmatus: quia non valent littere: nisi dicatur non obstante certo numero canonicorum. Hic tamen videtur argumen. contra. in fine. vbi dicit si constiterit numerum ⁊c. Sed potest dici ꝙ hic de numero est facta mentio ⁊ non de iuramento: nec de confirmatione pape.

apostolo. P. clericus proposuit ꝙ cum. L. prede. noster decano ⁊ capi. bituricensi dederit in mandatis vt ipsum reciperēt [a] in canonicū ⁊ in fratrē: ⁊ prebendam ei conferrent si qua tunc in eorū vacaret ecclesia: vel proximo [b] vacaturā: ⁊ ipsi cū mandatū eius admittere [c] non curassent: eis precipiendo [d] mandauit: vt quod mandauerat adimplerent sibi sup hoc executoribus deputatis: ⁊ infra. ¶ Uerum pars aduersa respondit ꝙ cum in bituricen. ecclesia certus eēt numerus canonicorum institutus firmatus iure iurando: ⁊ per ro. pon. confirmatus ⁊ de hoc [e] memoratus. P. non fecisset in suis litteris mentionem [f]: intelligendum erat circūuenisse pre. n. ⁊ dictas [g] litteras veritate tacita ipetrasse: ⁊ ifra. ¶ Dis. vestre mandamus quatenus si legitime vobis constiterit numerū canonicorum qui nunc est in eadē ecclesia: per decanum ⁊ capitulū eiusdem ecclesie iuramēto [h] firmatū antequā pdict' clericus litteras executorias impetrasset [i] quicqd factū ē occasione lrarum ipsarū irritū [k] decernatis. alioquin ei faciatis in eadē ecclia pbendā [l] (si qua vacat) sublato cuiuslibet appellatiōis obstaclo assignari.

Idem. A. canonico Pictaui.

¶ Difficile ⁊ famosum. c. ⁊ est clauis totius tituli. Et. h. d. in summa exprimens falsum vel

b ¶ Uel proximo vacaturam. Quod solus papa potest vt. j. de preben. per totum.

c ¶ Admittere. Idest perficere.

d ¶ Precipiendo. Per executorias.

e ¶ Et de hoc. s. iuramento vel confirmatione. vt infra colligitur: vbi dicit numerū canonicorum qui nunc est in eadem ecclesia ⁊c. vt notatur in fi. illius no. hic duo.

f ¶ Mentionem. Hec allegatio nō valet si venissent contra numerum illum aliquando propria auctoritate. j. de preben. pro illorum. s. de consti. cum accessissent.

g ¶ Et dictas litteras. s. executorias.

¶ Glossa sequēs obijcit ⁊ ponit opinio. Joan. ⁊ soluit. secundo querit ⁊ soluit. tertio arguit. alleg. contrarium ⁊ sol. in fi. dat vnum simile.

h ¶ Iuramento. Sed in omni tali iuramento semper intelligitur auctoritas maioris excepta vt hic innuitur a contrario sensu. ⁊ ff. ad municipa. l. imperatores. ⁊ j. de iureiuran. venientes. ergo non facerent contra iuramentum si ad mandatum domini pape illum reciperent. Itē si talis conditio inest iuramento: nunquā est necessaria dispēsatio in tali iuramento: quia si displicet pape non est ligatus tali iuramēto. Jo. dicebat hanc conditionem in iuramento non esse: sed ideo dicitur auctoritas superioris excepta. quia non presudicatur ei quin possit hoc facere. Uerius videtur ꝙ conditio talis subintelligatur in huiusmodi iuramentis. ⁊ hoc ideo quia sup re alterius vel quasi iuramentū tale prestatur: ⁊ de re alterius pcise iurari non potest: immo esset anceps periurium. ff. de in litem iuran. videamus. ⁊ ff. rerū amota. Marcellus: ⁊ ideo auctoritas domini pape in talibus intelligitur excepta tacite: licet non excipiatur expresse. simi. xxij. questione. ij. beatus. ⁊ j. de iureiuran. quemadmodum. Circa principi. quare si papa mandat aliquē recipi in canonicum non obstante tali iuramento: tunc licite eum recipiunt: quia sic apparet ꝙ papa iuramentum factum quasi de re sua non vult ratum habere cum administratio sola commissa est capitulo ⁊ non dominium collatum: ⁊ hoc iuramentum seruare tenentur canonici quantum in se est: nisi papa contrarium mandet: ⁊ ideo non valuerūt littere taliter impetrate: in quibus de iuramento mentio non fiebat. Sed quid si iurassent ante presentationem. ⁊ post datam tunc non obstaret iuramentum: quia data respicitur vt dicitur hic. ⁊ supra eodem. cam te. Preterea aliud videtur hic ꝙ canonica sola siue prebenda augeret numerum canonicorum: quia si non augeret numerum: iuramentū non obstaret quin possint ipsum recipere. sile supra de constitu. cum. M. ferrarien. Item argumen. ꝙ canonia potest esse sine prouentibus. argumen. j. de preben. relatum. Sed cōtra. j. questione. iij. si quis obiecerit. Sed ibi appellantur res corporales iura ex quibus res ipse corporales percipiuntur. Et sicut debet fieri mentio de iuramento vt hic dicit: sic etiam de pactis si qua in aliquo contractu interueniant debet fieri mentio: al's nō valet priuilegium. j. de deci. ex multiplici.

¶ Glo. seq. arguit ⁊ remittit.

i ¶ Impetrasset. Hic consideratur tempus date. Item non dicit ante monitorias. ⁊ sic est argumen. ꝙ per monitorias ius non acquiritur. al's dixisset ante monitorias. de hac materia satis habetur infra de renunciatio. capitulo veniens. Bernar.

¶ Glossa sequens arguit ⁊ remittit.

k ¶ Irritū. Et ita ea que fiūt per litteras surrepticias non valent. de hoc dicemus. j. e. c. ad audientiam.

l ¶ Prebendam. Et in canonicum recipi: ista sunt connexa. j. questione. iij. si quis obiecerit.

Capitu. XX.

Summaria.

Super litteras. ¶ Dolosa surreptio viciat rescriptum in totum. Si autem processerit ex simplicitate vel ignorantia eatenus viciat quatenus fuit causa concessionis.

Divisio.

Dividitur in tres partes. Nam primo recitat casum super quo antiquitus erat opinio. Secundo illas per distinctiones bimembrem ad concordiam reducit ibi. ¶ Nos igitur. ¶ Tertio dat regularem doctrinam ibi ¶ Ut sic. ¶ Abbas siculus.

¶ Glossa sequens ponit quattuor silia.

a ¶ Diversos. Nam quot sunt capita tot sententie. de pe. di. iiij. sicut in sacramentis. varie enim sunt hominum voluntates. ff. ad trebel. l. qui poterat. et homines faciles sunt ad dissentiendum. ff. de arbitris. Item si vnus. §. principaliter. et diversitatem corporum sepe diversitas sequitur animorum. j. de concess. preben. quia diversitatem.

b ¶ Carere omni comodo litterarum xxv. q. ij. et si legi.

c ¶ Iuxta rigorem xv. q. ij. prescriptione.

¶ Glossa sequens pro simplicitate alle. viij. iura. et duo in contrarium: et solvit.

d ¶ Simplicitatem. Simplicitati subvenitur. de conse. di. stinctio. ij. ca. iij. et j. de re. permuta. cum vniversorum. Nec obstet quod per simplicitatem omnium est. vt. ff. de ven. in spi. l. j. §. vlti. Item imperitie parcitur. ff. de probatio. cum de indebito. §. fin autem is. ff. de eden. l. j. §. vltimo. ff. qui satisda. cogan. de die. §. minori. C. qui admi. ad bonorum possessio. quicunque. et ff. si quis in ius vocan. non ierit. l. ij. §. si quis. Argumen. contra. C. de in ius vocan. l. ij. C. de falsa moneta. l. prima. Dic vt in prima rubrica: quia rustici tati parcendum est. Contraria casualia sunt.

Tacens verum in rescripto si malitiose: caret prorsus impetratis. Sed si per simplicitatem vel ignorantiam: aut obtinuisset vero suppresso: et expresso falso: saltem litteras in forma communi: et delegatus procedit servato iuris ordine: et non speciali forma rescripti. Secus si nullo modo litteras habuisset. Capitulum. xx.

Super litteris que ab aliquibus ex malitia et a nonnullis ex ignorantia tacita veritate: vel suggesta falsitate: impetrantur a nobis diversos [a] itelleximus diversa sentire: alijs asserentibus eos debere prorsus carere [b] omni comodo litterarum: cum mendax precator carere debeat penitus impetratis: alijs vero dicentibus quod et si forma carere debeant in litteris nostris expressa nihilominus iuxta rigorem [c] iuris sit a delegato iudice in negocio procedendum. ¶ Nos igitur inter eos qui per fraudem vel malitiam et illos qui per simplicitatem [d] vel ignorantiam litteras a nobis impetrant: huiusmodi credimus discretionem [e] adhibendam: vt hi qui priori modo [f] falsitatem exprimunt vel supprimunt veritatem in sue perversitatis penam nullum ex illis litteris comodum consequantur: ita videlicet quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit [g] fides) nullatenus [h] de causa cognoscat. Inter alios autem qui posteriori [i] modo litteras impetrant duximus distinguendum: que falsitas suggesta fuerit: vel que veritas sit suppressa. Nam si talis expressa [k] sit falsitas vel veritas [l] occultata que quamvis fuisset tacita vel expressa: nos nihilominus (saltem in forma [m] communi) litteras dedissemus: delegatus non sequens formam in litteris ipsis appositam: secundum ordinem iuris in causa procedat [n]. Si vero per huiusmodi falsitatis expressionem vel suppressionem etiam veritatis littere fuerint impetrate qua tacita vel expressa nos nullas prorsus litteras dedissemus [o]: a

h ¶ Nullatenus. Opposita exceptione legitima suspensa est iurisditio iudicis circa principalem causam. et si dubia est: de hoc prius cognoscat postea cognoscat iudex de fraude sive malitia de qua excipitur: nec distinguitur in hoc casu que falsitas sit expressa: vel veritas occultata: sed sufficit quod per malitiam hoc fecerit et sic intelligitur lex ista xxv. questione secunda. et si legibus. Sed qualiter probatur malitia. certe ex perspicuis iudicijs: puta ex qualitate persone et ex forma rescripti. S.

i ¶ Posteriori modo. s. per simplicitatem vel ignorantiam.

k ¶ Expressa sit falsitas. Puta si dixerit se de possessione vel electum: cum non esset: nihilominus darentur ei alie littere ex quo petit causam committi vel tacet se de canum: et impetrat litteras super vsuris vel super alia re propria. supra. eodem ad aures.

l ¶ Veritas occultata. Puta si occultavit quod ad arbitros litum erat: nec causa per eos potuit terminari. j. de testi. presentata. argumentum. C. si contra ius vel vti. lege prima.

m ¶ In forma communi. Secundum istum modum intelliguntur iura illa. xxv. q. secunda. prescriptione. et l. predicta. et si legibus.

n ¶ Procedat. Secus si per malitiam falsitatem expresserit vel veritatem occultaverit: et ita aliquando receditur a forma in rescripto data et redditur ad ius commune: vt supra eodem. causam que.

¶ Glossa sequens ponit. xx. casus quibus expressio falsi vel taciturnitas veri viciat rescriptum.

Rescriptum viciatur multipliciter.

o ¶ Litteras dedissemus. Ex hoc patet quod simplicitas vel ignorantia non prodest circa huiusmodi litteras impetrandas: imo ad hoc vt rescriptum teneat nihil debet supprimi ex his que movere possunt animum principis ad dandum rescriptum vel ad denegandum. Et primo quidem series facti est exprimenda. j. de cohabi. cleri. et muli. super eo. Item processus causa. j. de re iudi. inter monasterium. Item non valent littere si quis tacet sententiam latam. ar. j. de fi. instru. inter dilectos. C. sen. rescin. non pos. l. vlti. Item si tacuit nomen dignitatis sue. s. e. ad aures. Item si tacuit aliud beneficium sufficiens. s. eo. cum adeo. sive etiam minus sufficiens. j. eo. si proponente. et j. de preben. cum teneamur. Item si tacuit vicariam perpetuam. j. e. postulasti. Item si tacuit pactum precedens sive compositionem. j. de deci. ex multi. Item si tacuit statutum numerum canonicorum iuramento

e ¶ Discretionem. Per hanc decreta cassate sunt omnes solutiones que recitabantur. xxv. q. ij. preceptione. C. si contra ius vel vtilita. publi. l. rescriptum. et l. etsi legibus.

¶ Glo. sequens recitetur per questionem.

f ¶ Priori modo. Scilicet per fraudem vel malitiam: et qui hanc fraudem allegat eam probare tenetur. ff. de probatio. quotiens. §. qui dolo. quia quilibet presumitur bonus donec probetur malus. j. de seru. c. vno. et j. de presu. dudum.

g ¶ Facta fuerit. Fides. Si. xxv. questione secunda. et si legibus. et §. si non cognitio: quia cum dubium sit poterit de hoc cognoscere iudex: quia ratione dubitationis fit quod alias non fieret. ff. de libe. cau. ordinata. et ff. codem titulo. lite ordinata. et ita qui fraudem allegat: eam probare debet: vt dictum est.

delegato non est aliquatenus procedendum: nisi [a] forsan eatenus vt partibus ad suam presentiam cōuocatis: de precuz qualitate [b] cognoscat. Ut sic in vtroqz [c] casu eadem ratio que delegantez moueret: moueat etiam delegatum: et vbi delegans suas litteras denegaret: delegatus etiam sue cognitionis officiū nullatenus interponat.

Idem abbati et conuentui premonstratēn.

¶ In causa monasterij conuenitur abbas per rescriptū in quo nulla fit mentio de cōuētu: nec propter hoc appellari potest: nisi abbatis et conuentus bona essent distincta omnino. Capitulum xxj.

Edoceri postulastis a nobis: vtrum per litteras aduersus abbates nulla mentione habita de suis conuentibus impetratas: teneantur abbates ipi super causis que ad conuentus pertinēt et eosdem: de ipsis querelantibus respōdere. Ac lz inhibita sit appellatio per appellationis obiectum: possint ne respondeāt se tueri. ¶ Super quo duximus respondendum: ꝙ (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri nō possunt: quo minus debeant [d] auctoritate litterarum huiusmodi legitime respondere. ¶ Cum ex officio suo teneantur [e] cōgregationuz suarum negocia procurare. ¶ Nisi forte abbatis et cōuentus negocia essent omnino discreta [f].

Idem archiepiscopo et magistro. U. canonico mag.

¶ Processus factus per lit-

firmatum. ṡ. eo. c. pti. et. j. de preben. pro illoꝝ. Item si tacuit statutuz ꝙ dignitas non esset vlterius in ecclesia. ṡ. de constitu. cum accessissent. Item si tacuit priuilegium. ṡ. eo. cum ordinem. Item si tacuit dispēsationem. j. de fil. presbyte. ex tua. Item si tacuit se regularem petendo cōfirmationez. j. de cōfirma. vti. vel inuti. porrecta. Item si dixit se clericum cum non esset. j. de transact. ex litteris. Itē si tacuit ꝙ prebēda non vacaret de facto. j. de concess. preben. cum nostris. et c. litteras. Itez si tacuit exceptionem. j. de procurat. in nostra. Item si tacuit appellationem a se factam. ṡ. eo. ex parte. vel factaz ab aduersario. j. de cōfir. vtil. vel inuti. bone. Itez si tacuit ꝙ alius de mandato pape fuerit recept9. j. eo. mandatū. et duobus. c. sequentibus. Item si dixit se habuisse monitorias: qd fuit falsuz et executorias ipetrauit: non valent. j. eo. ex insinuatione. Et generaliter vbicunqz talem veritatem tacuit: vel talem falsitatem expressit: qua tacita vel expssa papa lras non dedisset: rescriptum inutile fit.

¶ Glo. seq. dupliciter exponit illud forsan.

a ¶ Nisi forsan. Istud forsan non est dubitatiuum: immo affirmatiue ponitur: quia de hocipso cognoscere debet si preces veritate nitātur. ff. de iudi. siquis ex aliena. et. j. de appel. cuz parati. sil'e forsan habes. xxxiij. q. ij. admonere. ꝟ. ingredere monasterium. j. de pcurat. tue. Uel ideo dicit forsan: qr si notoria esset exceptio statim posset cessare: et in hoc casu vbi notorium est ꝙ aliquis non est iudex meus/nec re nec gestu: vt si citet me qui est vltra mare non teneor ire. arg. j. de accu. euidentia. et arg. j. de iureiurā. ad nostram. ij. C. de iur. om. iudi. in criminali. et iij. q. ij. si eps. vbi de ista materia no. per Ioā.

b ¶ De precuz qualitate. i. de veritate vel falsitate precum opposita contra impetrantem.

c ¶ In vtroqz casu. Primus est cuz tacita veritate vel falsitate expressa per simplicitatem papa litteras concedit in forma cōmuni: acsi eēt veritas dicta vel falsitas tacita. Scd's casus est cuz papa nullas lras dedisset tacita falsitate et expssa veritate per simplicitatez. Cap. xxj.

Diuisio

Edoceri. ¶ Solet multum allegari. Diuiditur: qr primo ponitur duplex questio. Secundo solutio. ibi [Sup quo.] Tertio ratio. ibi [Cum ex officio.] Quarto exceptio. ibi [Nisi.] Et hic nota vnum qd nescio alibi ꝙ inter abbatem et conuentum bona monasterij possunt esse diuersa vt aliqua pertineant ad mēsam abbatis: aliqua ad mensam cōuentus. Abb. siculus.

Diuisio glo.

¶ Glo. sequens facit quatuor. Primo consulit prelatuz cōueniendum duplici de causa: et dat simile. Secundo dicit prelatum sine capitulo: vel econtra non agere: vel defendere distinguit triplicem speciem causarum: quedam spectant ad prelatum: quedam ad capl'm: quedam cōmuniter ad vtrosqz. Tertio recitetur per. q. an subsequens cōsensus ꝛc. Quarto querit et soluit.

d ¶ Debeant. Discrete agit qui abbatem cōuenit. nam si cōuentus cōueniretur statim platus noiaret in iudicio: et sic inducias obtineret. j. vt lit. nō cōtesta. quoniam frequēter. §. ꝙ si super. et. C. vbi in rem acē. l. ij. quia sine licētia abbatis/nec agere/nec respondere pōt cōuentus quin retractetur sentētia. j. de iudi. causam. xvj. q. j. monachi. et. q. iij. si sacerdos. sicut nec filius qdiu est in potestate patris. C. de anna. except. l. j. in fi. xvj. q. iij. si sacerdotes. et ideo abbas primo conueniēdus est. Dico tñ ꝙ nullum collegiū cōuenit vel cōuenitur sine auctoritate prelati: et ecōuerso prelatus sine auctoritate capli: nec conuenit: nec cōuenit': sed per sindicum actorē vel pcuratorem ab ipso prelato de ɔsensu capli constitutuz: et hoc cum negocium principaliter tāgit prelatū. j. de pcu. c. j. et si negociū principaliter tāgit capl'm ab ipso capl'o ɔstituatur de aucto. prelati. j. de iudi. cām que. C. de epi. et cle. oēs. §. et hoc nihilominus. et hic. et. xij. di. nō licet. in prin. Et hec locū habent qñ negocia capli et plati sunt discreta: vt dicit in fi. Si ꝟo sunt cōia: platus de ɔsensu capli ɔstituit sindicuz. Unde vacāte sede nihil est innouandū. j. ne se. vac. c. j. ij. et. iij. nec tunc currit pscriptio ɔtra ecclīam. j. de prescrip. c. j. et. c. de quarta. Et si forte capl'm agit nō sufficit subsequens ɔsensus plati: sicut nec sufficit subsequēs auctoritas tutoris. ff. de aucto. tu. obligari. §. vlti. et insti. eo. ti. §. tutor. Sed hoc non credo: sufficit enim si postea accedat ɔsensus prelati: vel ecōuerso. j. de dona. pastoralis. et. j. de his que fi. a pla. sine ɔsen. ca. cum nos. Et dicit lex qui cōfirmat pdicta: que nō pōt alienare: nō pōt rem in iudiciū deducere. ff. de iure delib. ait ptor. Sed qd si lis oriat' inter collegiū et platuz. Adeat' supior: et ille dabit collegio curatorē ad litem ipam: cuius officiuz cessabit lite finita. insti. de auct. tu. in fi. et. ff. de tu. l. iij. §. si pupillus. in fi.

¶ Glo. hec recitetur per questionem.

e ¶ Teneantur. Et quidem tenētur: lz non fiat mentio in rescripto. nomine enim prelati ecclīa itelligitur: et prelati monasterium. ff. de ann. le. l. annua. §. j. et. ff. de cōdi. et demōstra. filiosfamilias. et ecclesia est in episcopo: et ecōuerso. vij. q. j. scire debes. et. ff. de reb. du. ciuibus: nō tamē nomine prelati semper intelligitur ecclesia. j. de testamē. requisisti. et. xij. q. ij. illud. et. q. iij. pontifices.

f ¶ Omnino discreta. Bene dicit discreta: qr si sunt discreta omnino: non tenetur respōdere nisi de parte sua: qa rescripta non extēduntur ad res: vel ad psonas in eis nō

comprehensas: quoniam stricte intelligenda sunt. arg. s. eo. sedes. z. j. de offi. delega. cum olim dilecti. Et melius. c. p. z. g. z licet sint omnino discreta: tamen nec prelatus sine consensu capituli: nec capitulum sine consensu prelati hoc facere possunt: vt dictum est in prima notula. Cap. XXII.

Rescripta sunt stricte intelligenda. De facto huius decr. loquitur j. de re iudi. ad probandum.

Cum dilecta. Dividitur principaliter in quatuor partes. In prima succincte tangit questionem. In secunda irritat processum secundorum iudicum. ibi [Deprehendimus.] In tertia irritum decernit processum primorum iudicum. ibi [Dictum.] In quarta committit causam z mandat restitui spoliatos. ibi [Ideoque] Abbas sicut.

a Impetratas. Que false erant: vt j. de except. pla. inter dilectos. §. preterea.

b Nostram. Et cancellarii vel alterius qui debebat requiri. j. de falsa. licet.

c Mentio non fiebat. Et ideo secunde littere non valuerunt. s. eo. ceterum. Nec quod per eas factum est: vt. j.

d Personaliter. Nota casum nouum cum mandatur alicui: vt personaliter negocium exequatur potest alii committere vices suas si partes consentiant: nisi in duobus casibus. In causa inquisitionis. Item cum papa prouideri mandat ecclesie alicui de prelatis z aliis ministris. j. de offi. deleg. quoniam apostolica. §. is autem. Et est simile quod dicit lex si promisisti mihi per te facturum nauem: vel aliquod consimile per alium me non consentiente facere non potes propter industriam tuam quam elegi. ff. de solu. inter artifices.

Personaliter exequi debens: an possit alii committere

Glo. sequens notat ordinem scripture seruandum. alle. vj. iura. z tria in contrarium. z soluit distinguendo. demum obiicit querendo. z soluit.

e Transponentes. Nota in rescriptis ordinem scripture seruandum: vt hic. z. xliij. distin. sit rector. in fine. z. ij. q. vij. in grauibus. z. ij. q. prima. in primis. ff. de vsufruct. quotiens. Et ordo verborum ostendit ordinem processuum. de consecra. distinc. ij. in christo pater. z. ff. ad trebel. heredes. in fine. Argu. contra. s. eo. causam que. z arg. s. eo. inter ceteras. argu. C. de appel. l. j. Solu. vbi aliquid principaliter mandatur: illud tanquam principale: et primo tractandum est. Cetera vero secundario tanquam accessoria subsequenter sunt expedienda: sicut hic. Ubi vero plura principaliter committuntur non refert quod illorum primo tractetur: nisi forsan vnum de natura sui precedat: vt in decret. s. eo. causam. z argu. j. de causa possess. z propric. pastoralis. z. C. de rei vendi. ordinarii. Et ideo cassatur: idest cassus z irritus nunciatur hic processus iudicum: quia articulum principaliter commissum omiserunt de aliis inordinate plurimum cognoscendo: vt dicitur in littera. z idem pe-

Ordo rescripti: an debeat attendi.

Litteras surreptitias irritatur: sed secundas contra formam rescripti processum irritum nunciat. Cap. xxiii.

Cum dilecta in christo filia. R. custos Hesien. ecclesie: ac procurator. S. monialium super electionibus in eadem ecclesia celebratis litigauerint aliquamdiu coram nobis: z infra. Deprehendimus litteras ad abbatem de remech et suos coniudices impetratas [a] per surreptionem obtentas: cum in eis illius articuli: videlicet de subtractorum resignatione fuerit preter conscientiam nostram [b] cognitio demandata: qui in prioribus litteris ad scholasticum Hildesen. z coniudices suos obtentis insertus fuerat: de quibus in secundis litteris mentio [c] non fiebat: z ideo quod ipsarum litterarum occasione dinoscitur attentatum: duximus irritandum. Dictum insuper scholasticum z coniudices suos inuenimus minus prouide processisse. Cum enim in litteris nostris eisdem principaliter mandaretur: vt ad predictam ecclesiam personaliter [d] accedentes persone idonee administrationem committerent abbatie: cui ad opus eius fieret hincinde resignatio subtractorum: ipsi formam mandati apostolici transponentes [e] illo capitulo pretermisso: de aliis [f] articulis inordinate plurimum cognouerant: propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti ac iuris [g] ordinem attentatum / irritum [h] decernimus z inane. Ideoque mandamus: quatenus. S. et quibusdam aliis sororibus ecclesie (sicut iustum fuerit) restitutis [i] z forma mandati nostri exacta diligentia obseruata in negocio ipso ratione preuia procedatis. Idem.

nitus habes. j. de offi. deleg. venerabilis. Sed quare non confirmauit: quod legitime factum fuit. j. de preben. dilectus. j. z. j. de arbit. cum tempore. z. j. de priuil. cum olim. ij. Resp. quia non seruauerunt formam sibi datam. z quia cum principale sit cassatum: accessoria etiam cassata intelliguntur. j. de fi. instru. inter dilectos. versus fi. et. ij. q. vj. §. siquis ex pluribus. Bern.

f De aliis articulis. s. de electione z pertinentiis suis.

g Iuris ordinem. Iuris ordo exigit: vt primo de spoliatione cognoscatur quam de proprietate: vt. iij. q. j. c. j. et. ij. quasi per totum. z. ij. q. ij. per totum. z. C. de rei vendi. ordinarii. z. C. de interdic. incerti iuris non est. z. ff. de ui. di. si de vi et possessione. z. j. de restitu. spo. ex conquestione. z questio spoliationis priuilegiata est. j. de ordi. cog. super spoliatione. Et quia isti iudices hunc ordinem non seruauerunt papa illorum processum irritauit: idest irritum esse ostendit. j. vt lite non contesta. accedens. j. Et precipue: quia illa fuit forma mandati: z ita est de substantia iuris ordinarii ordo iste: z sic in duobus peccauerunt: quia contra formam sibi datam z contra ordinem iudiciarium: sic. j. de confir. vti. vel inuti. examinata. Sed hic videtur loqui de alio ordine quem non seruauerunt iudices in aliis articulis: vt ipsa littera dicit: z quia contra mandati formam fecerunt z ordinem iuris in aliis articulis non seruauerunt: papa processum illorum denunciauit irritum z inanem: z sic in duobus peccauerunt non seruando formam rescripti: nec etiam seruando ordinem iuris in aliis articulis. forte dimittendo contestationem litis: z sic duobus modis potest intelligi quod dicit iuris ordinem.

Duplex est ponit: quod dicit littera de iuris ordine.

Glo. seq. recitat per obiectionem.

h Irritum. Et supra dicit irritandum: quia ibi ipso iure non erat irritus processus: sed irritandus propter litteras surreptitias. s. eo. sup litteris hic ipso iure processus nullus. z ideo dicit irritum duabus de causis: quia contra formam z contra iuris ordinem: vt. ij. q. vj. §. diffinitiva. versus item sententia citra solitum ordinem zc. z. j. de confir. vti. vel inuti. examinata.

Glo. seq. obiicit. z dupliciter soluit.

i Restitutis. Sed qualiter potest monacha petere restitutionem. Dico quia non habebant abbatissam: z ille spoliate erant: vt. ff. de iudi. si longius. §. si filiusfamilias. vel quia petit restitui non tanquam monacha: sed quasi de corpore: sicut si collegium non habebat: vnde soluat creditori: soluet singuli non quasi singuli: sed quasi de corpore. z petit monachus partem: vbi res monasterii diuiditur. xviij. q. ij. in nullo. z etiam recedit a collegio. xxvij. q. j. siquis rapuerit. z vbi monachus percutitur. j. de sente. excomu. parrochianos. Sed ibi non datur actio iniuriarum monacho: sed monasterio. z intentabit

Religiosus spoliatus potest petere restitutionem in absentia superioris.

τ intētabit eam sindicus monasterii. Sicut dn̄s agit pro iniuria serui. insti. de iniur. §. si seruus.

Diuisio

Plerūq3 contingit. ¶ Diuiditur: qa primo tangit impetrātium malitiam. Scd̄o adhibet medicinā3 cōpetentem. ibi [Cum igitur.] Abbas sicu.

tio est facienda. j. de loca. τ conduc. potuit. nisi ille vellet ostendere ɔtrarium. sicut dicit̄ de anno appellationis. j. de appel. cum sit romana. Tamē ista non operant̄ aliqd hodie: qꝛ ille obtinet qui primo lr̄as suas exhibet iudici: vt dictū est: nisi primus copiam iudicis hic non potuerit antequā secūdas litteras suas p̄ntasset: tūc excusat̄. Et hoc veru3 est si hoc fuit publice ꝓtestatus: qꝛ iudicis copiā habere non potuit: et ita p̄missa ista ꝓtestatione secūdus nō poterit eum p̄uenire. j. de appellatio. si iustus metus.

a ¶ Malitiis. s. eo. sedes. j. qui ma. accu. pos. significante. τ ff. de rei vendi. in fundo.

¶ Glo. sequēs dat primo. vj. concor. ad id quod hic dicitur de spatio annali: demū q̄rit: ponit quatuor opiones: τ primam approbat. Ultimo ponit ius nouum τ remittit.

b ¶ Infra annu3. Nota hic annalem prescriptionem. j. vt lite non cōtest. quoniam frequēter. j. responso. τ. j. de offi. or. pastoralis. j. de offi. deleg. querēti. τ. xj. q. iij. rursus. τ. c. qui cūq3. τ. xx. q̄stio. ij. si puella. S3 queritur qn̄ incipiat currere iste annus.† Tunc cum incipit habere copiam agendi: cu3 primo habeat copiā iudicu3. ff. de diuer. tempo. prescript. l. j. τ. ij. q. vj. biduum. τ ff. de serui. rusti. predio. attilicinus. et si tunc negligens fuerit: imputatur ei: ex quo habuit tempus ꝓsequendi suū ius: τ huiusmodi negligentia late culpe cōparat̄. argu. C. si tu. nō ge. l. j. τ. ij. xxiij. q̄sti. j. dominus noster. Dicunt quida3 ꝙ incipit currere a tempore p̄sentationis litterarū facte iudici. j. de appella. sup. e. ij. Alij dicunt ꝙ a tempore quo cōposuit sarcinulas suas τ potuit aduocatum querere. ff. ex quibus cau. maio. l. ab hostibus. §. sed que simpliciter. Quarti dicūt τ male ꝙ a tempore date litterarum. s. eo. titu. eam te. τ. c. cōstitutus. Quod primum dicitur veru3 est: vt dicit littera ista. Hodie ꝟo ista locum non habent: sed potior est conditio occupantis: l3 secūde littere non faciant mentionem de primis. j. de appellat̄. vt debitus. τ. j. eo. capitulu3 sancte Crucis. de hoc tamen dictum est satis. s. eo. titu. c. j. qualiter intelligatur hoc. c. τ illud. s. eo. si autem.

¶ Glo. sequens querit τ soluit.

c ¶ Vel negligentia. Sed quis ꝓbabit hanc negligentiam. R̄n̄. Trāscursus anni ꝓbat hoc: nec alia interpella-

Dic vt in lo. in ofi. ... ɔdicū. i ꝓmisit. j. ff. d cō i. pe. τ in nō cuiz. i o. resti. it. ff. et ca. ma.

¶ Ualet scd̄m rescriptu3: l3 de primo non faciat mentionē quo vti noluit impetrans infra annum. Caplm. xxiij.

Plerūq3 contingit ꝙ aliqui nostris litteris impetratis illis vti multo tempore postponentes: tunc demum eas exhibent: cu3 aliarum auctoritate ab eis contra quos primit⁹ litteras impetrarant ceperint conueniri: dicentes posteriores litteras non valere: vtpote nō facientes de prioribus mentionem. ¶ Cum igit̄ non sit malitiis [a] hominum indulgēdu3 statuimus: vt siquis nostras litteras impetrans: infra annum [b] postquā copiam iudicū habuerit ex malitia: vel negligentia [c] postposuerit vti eis auctoritate posteriorum litterarum valeat ɔueniri: l3 in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

Idem Rothom. archiepiscopo.

¶ Si a delegato aliqd mandatur ordinario debet humiliter exequi. Sed si alius delegat⁹ per alias litteras post executione3 mandat contrarium: vel si ante executione3 innotuerit ordinario iter delegatum qui mandauit τ aliū contentionem esse de iurisditione: faciet sibi vtrarūq3 litterarū copiam exhiberi: non vt iurisditionaliter cognoscat: sed vt se informet: an per secundas reuocentur prime: et si prime reuocentur exequatur secūdum mandatum. Si aute3 non reuocentur: vel de hoc dubitet: non exequatur scd̄m mandatum donec contentio de iurisditione terminetur. Abbas. Caplm. xxiiij.

Cum contingat: τ infra. Preterea cum quidam super aliquo litigantes ad diuersos iudices litteras impetrant: quorum quidam obtenti a parte altera tibi mandant: vt partē aduersam denuncies excommunicationis sententie subiacere aliis iudicibus postmodu3 tibi iniungentibus: vt eandem denuncies absolutam: queris an vtrisq3: an neutris vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte. ¶ Super quo tue prudentie respondentes credimus distinguendu3: an cum primum mandatum recepisse dinosceris: tibi forsan innotuerit inter illos: τ alios super iurisditione discordia3 suscitatam: an super hoc nihil [d] omnino sciuisti. Et quide3 si super contentione huiusmodi nil tibi penitus innotescat cum primum mandatum recipere te contingit: il-

Caplm. XXIIII.

Cum ɔtingat. ¶ Quotidie practicatur ista decre. in executionib⁹ gratiaꝝ cum executores diuersoꝝ mandant cōtraria caplo seu ordiario loci. raro aute3 practicatur in terminis ꝓpriis: scilicet in executionibus causarum. Et h. d. Instruitur ordinarius quid facere debeat cum a diuersis delegatis recipit mandata ɔtͦria. Primo ponit̄ questio. Secūdo distinguēs responsio. ibi [Super quo] Tertio duplex instructio. ibi [Ceterum.] Abb.

¶ Glo. seq. q̄rit arguit negatiue: τ dupliciter soluit.

d ¶ Nihil omnino sciuisti. Nec per famam vel alio modo. j. de sentē. excō. cum desideres. §. secunde q̄stioni. Hoc enim dicimur scire qd ab aliis audiuimus. xxij. q. v. hoc videt̄. Sed qd si audiuit ab aliq̄ leuis opinionis: nunqd hoc sufficit vt debeat parere mandato iudicis. Videt̄ ꝙ nō. j. de sponsal̄. cum in tua. τ. xj. q. iij. in cunctis. τ. j. de testibus. cum in cūctis. τ. j. de test. l3. Sed videt̄ ꝙ sic: qꝛ in dubiis potius obediēdū est: vt. xxiij. q. j. qd culpatur. in fi. τ. j. de prescrip. cum ex officii. Et illa est ratio: quare executio sentētie differri nō debet: nisi incontinenti ꝓbetur exceptio. j. de resti. veniens. ij. τ. j. de resti. spol̄. lr̄as. Dico ꝙ non sufficit alioquin retardaret executionem sentētie: qui diceret se habere priores lr̄as que reuocate non essent: vel qui posteriores litteras diceret se habere que reuocarent primas: τ sic sequeretur ꝙ nullus iudex posset excōmunicare: vel absoluere: vel ferre sentētiam: si diceret aliquis ante prolationem sentētie causam

Pars huius decre. est de eta. τ qli. τ de of. dele. cū ɔtingat. Sūmariū

Diuisio.

Executor an debeat parere delegato: si ab aliquo leuis opinionis audiuit suam iurisditionē esse reuocatam.

illam alijs esse cōmissam: et sic daret occasio figmētis qd esse nō debet. xxxij. q. j. dixit dñs. insti. vi bono. rap. §. sed nedum talia. et C. vnde vi. si qs in tantam. ff. ad carbo. l. j. §. si quis nō. ff. de litigio. l. j. immo ꝓbabilem causam debet habere ille qui recipit mandatum de diuersitate litterarū anteq̄ credat. xxiij. q. ij. iiij. §. ma/gnum. et. j. de cleri. excō. minis. illud. ff. ꝙ cum falso tuto. l. ij. in fine. Uel dic ꝙ qualiscūq̄ notificatio sufficit in hoc casu: vt iudex non debeat dici dubius. j. q. iiij. §. vlti. in fine. ver. si qs dixerit hoc idolis. etc. j. de sponsalibus. preterea. ij. ff. de petitione hereditatis. item veniūt. §. ex quo autē. et. ff. de administratione tutorū. quidam decedens. §. a quo. Et hoc videtur innuere littera ista. nihil oīno sciuisti.

a Executioni mādare. Quod et fecit: scilicet quia denunciauit partem illam excōmunicatam.
Glo. seq. obijcit et soluit.

b Tunc litterarum. Sed qualiter potest illud perpendi ex sola inspectione litterarum. Nam lз secunde expressam faciāt mentionem priorum iudicum et rerum contentarum in prioribus litteris: per hoc non constat primas litteras esse reuocatas: cū possint esse impetrate per falsi suggestionem: et ita non reuocant primas. j. de offi. delega. corā. et. j. eo. ex parte. circa prin. et. j. de re iudic. inter monasterium. et argu. s. eo. ceterum. j. de dolo et cōtuma. ex litteris. Ad hoc ergo vt executori nullatenus sit dubitandum: oportet vt discat per assertionē partium: quia causarum merita partium assertione panduntur. C. si per vim vel alio modo. l. vlti. j. de restitu. in integ. tum ex litteris. Et sic videtur ꝙ aliquā possit exercere iurisditionē inter partes qd falsum est: vt dicit in fi. al's non poterit scire vtrum secūde reuocent primas. Et hoc verum est: vt dicit Joā. ꝙ nunq̄ ex sola inspectione poterit scire: nisi aliquid intelligat de hoc ex partium assertione: sed per hoc nullam habet iurisditionē inter partes. Sed hoc verum est si ille qui habet priores litteras aliquid non obijciat contra secūdas. Al's iudex presumeret primas esse reuocatas: ex quo in secūdis fit mētio expressa de primis. s. eo. ceterum. Si autem aliquid obijcit: statim executor debet supersedere†: ꝙ per negationē res sit dubia. C. qui ad li. procla. non licet. l. iij. Et in hoc casu intelligitur qd legitur. s. eo. pastoralis. vt ibi dicitur. s. ꝙ tunc dubium est de reuocatione litterarū quando fit mētio expressa: et iudicum et rerum: sed ab aduersario obijcitur litteras impetratas esse per falsi suggestionē per decre. predictas. Item lз executor dubitet: an debeat absoluere vel condēnare: non tamen fm regulam arriani pronior erit ad absoluendū q̄ ad condēnandū. regulam illam habes. ff. de acti. et obligat. arrianus. et. j. de probatio. ex litteris. Hoc ideo dicit: quia nō constat: an ille iudex habeat iurisditionē. Per hoc tamen non iudicat de iurisditiōe: quorū sit iurisditio: sed tm̄ dicit se debere exequi mandatum: vel nō debere. j. eodem. ex parte.
Glo. seq. querit. et soluit.

c Precipimus. Sed qd si non exhibentur secūde: non exequetur fcōm mādatū si ad terminū ꝓfixum nō exhibeātur: vt. j. de excep. pastoralis. nā lr̄e que nō apparēt nō sunt. ff. de ꝯhē. emp. in lege. et l. rutilia polla. de pse. dis. j. solēnitates. Nō pōt tñ cogere aduersarium ad exhibēdum: qa non habet iurisditionē inter partes: vt dicit in fi. Nec etiam tenetur obedire mandato: nisi videat rescriptū. j. de offi. delega. cum in iure.

lud debes humilr executioni mandare[a]. Sed si postea contrarium tibi ab alijs demandat. Tūc lrārum[b] ad vtrosq̄ a sede aplica obtentarū copia postulata: quas tibi auctoritate presentiū districte ꝓcipimus[c] exhiberi: si ex ipsarum tenore deprehenderis euidenter: ita ꝙ non sit aliquatenus hesitādū[d] ꝙ littere que ad illos a qbus fcōm mandatum receperis impetrate noscūtur: expresse reuocent litteras aliorū. Tu illud intrepidus exequaris: qđ tibi secūdo[e] loco mandatur. Si vo ex litterarū inspectione manifeste tibi constet: ꝙ littere obtente ad illos qui primum dedere mandatum per alias minime reuocant†: fcdꝫ mādatū nullatenus exequaris. ꝙ si sup hoc tibi merito fuerit dubitandum: ad exequendum fcōm mādatum te procedere nō oportet: donec iuxta cuiusdam nostre constitutionis[f] tenorem inter eos huiusmodi cōcertatio sopiatur. Et idipsū[g] facere debes si primo mandato recepto: et nondum executioni mandato tibi forsan innotuerit: ꝙ inter se super iurisditione demandata ceperint disceptare. Ceterum in his omnibus puram et ꝓuidam te conuenit intentionē habere: ne vel ad declinandum mandatū dubitare te dicas: vbi dubitandum non est: vel etiam ad exequendū te asseras esse certum: vbi certus esse non debes. Lз autem ex his certa tibi detur doctrina: qualiter in his te debeas habere: nulla tamen tibi attribuitur potestas: vt inter delegatos/ aut partes de iurisditiōe debeas iudicare[h].

Idem magistro. H. et. P. de firmisca.

Quando in rescripto plura narrantur diuersos effectus operantia non sufficit impetranti alterum solū probare ad vtrūq̄ effectum consequendum. Capitulum. xxv.

Olim ex litteris scti Nichasij remen. sargiū. et vallis regie abbatum fuit nostris aurib' intimatū: ꝙ cum ad eos semel: et iterum a nobis littere ꝓcessissent sup eo ꝙ. P. clericus sancti Remigij

d Hesitandum. Uidetur ꝙ executor nō debeat petere copiam rescripti: nisi vbi recipit ꝯtraria mādata. Sed non est verum: vt dictum est in ꝑma no.
Glo. sequens obijcit. et soluit.

e Secundo loco. Sed quare reuocatur quod legitime factum est per primas litteras cōtra id quod legitur. j. de resti. spolia. audita. s. eo. causam que. Sed per istum executorem nihil reuocatur. sed denūciantur illi absoluti qui primo fuerant excōmunicati.

f Constitutionis. s. eo. pastoralis.

g Et idipsum. Ita vt non exequaris mādatum: et iste §. respicit proximum. §.

h Judicare. Hic fallit illa regula. ff. de iudi. de qua re.

Olim ex lr̄is. Diuidit. Primo ponit consultatio. Secūdo responsio. ibi [Nos igit.] Uel fm Hostiē. diuiditur in tres partes. Nam primo ponit relationem priorū iudicum. Secūdo ibi [Nos igitur cōmissionē factam secūdis iudicibus.] Tertio ibi [Uerum dubitationē emergentem.] Abbas sicu.

Cōcor. textus in. l. lз. ff. de leg. j. fac. l. sciāt cūcti. C. si ser. xcīlii.

Cāp merita pties ps vtraq̄ pādit.

† Uide de h tex. in. l. iure nr̄o. §. fi. et ibi Bar. ff. de testa. tu.

Diuisio.

a Per interpositam personam. Quod potest fieri.j.de preben.accedens.

Glo.sequens.recol.per questionem an potuit fieri sequestratio ꝛc.

b Sequestrari. Quod de iure fieri nõ debuit: nisi causa subesset.j.de sequestrati.ad hoc.ꝛ duobus ca.sequētibus. vbi de hoc in quibus duobus dicitur ꝙ qñ fructus dissipantur debet fieri sequestratio.C.de ꝓhibi.sequestra.l.vnica.de h no.ij.q.vj.quotiens. ß.Sed in casu isto scilicet ꝓpter contumaciam bene fit sequestratio: vt mittitur agat cum reo.j.de dolo ꝛ contu.ex lrīs. † sed in casu isto nõ dicitur ꝓprie sequestratio ꝓut tradit.j.de sequestra.per totū. ꝙ ibi non fit sequestratio ꝓpter contumaciam.

† Concor. tex.i.l.arrian⁹.ff.de act.et obli.ꝛ i.l.fauorabilio res.ff.de reg.iur.

Glo.seq.signat contrariū ꝛ remittit. item arguit.allegat duo iura: ꝛ quatuor allegat in ꝯtrariuꝫ.

c Ad oīa. Videtur ꝙ per hanc clausulam si est ita: vel per hanc si premissa vera sūt: teneat impetrator ꝓbare oia pmissa eē vera: licet aliqd ex premissis sufficeret ad ꝓpositū ꝓbādū. sic.s.co.ex parte conuentren.ff.de excu.tuto.qui testamento.nā nisi quis plene ꝓbet suā intentionē succūbit.C.de rei ven.l.vlti. fines enī mādati diligenter sunt obseruādi.s.eo.cū dilecta.ꝛ imputet sibi qui plura narrauit: quorū vnū sufficeret per se. Argu.contra ꝙ sufficit vnum probare.ff.de condi.ꝛ demonstra.falsa.in fi.ꝛ.ff.de cōdi.insti.l.ij.§.vlt.ff.de manumis.test.si ita.j.de prebē.cū iam dudum. Dic vt dixi.s.co.ex parte. Itē argu.est hic ꝙ sequens clausula respicit omnia premissa.j.de ap.secundo requiris.ꝛ.c.inquisitioni. Argu.contra.j.de dona.cum dilecti.vbi non respicit omnia superiora clausula illa de foresta sed proximam donationem ꝛ inferiorem.iij.q.v.constituimus.ꝛ de consecra.distin.ij.cum omne.in princi. Sed melius est ꝙ ad oia referat.ꝛ sic facit ꝓ aliq pte.ff.de in rem verso.si pro parte.§.pe.

¶ De seruoꝝ. ¶ Duo facit ꝯciliuʒ. Primo ponit statu tum.Secūdo cōtra factum irritat ibi Et si. Joā.an.

e ¶ Ad sacros.Idē intelligas de inferioribus.liiij.dis. c.j.z.c.quicūq;.z.c.siquis obligatus.z.s.c.pxi.

¶ Not.j. seruos nō ordinan.

¶ Glo. sequens reci. per. q. coram quo iudice 7c.

a ¶ Fugiens. Iste fugiens si de statu suo certare voluerit ad priorem iudicē a quo fugit remitti debet vt ibi cā status agat. C. vbi causa status agi de. l. j. si vo est ī possessione libertatis sub illo iudice vbi est cōuenieē. C. eo. l. iiij. Hoc aūt debes intelligere q hec qd si dubitet an sit fugitiuus vel non tractabit 7 finiet anteq̄ li- choetur causa status ff. de libe. causa. lib. §. sunt 7 alie. 7. l. igit §. potest. si vo nō est fugitiuus 7 vult proclamare in libertatē sequitur forū domini. C. vbi causa status agi de. l. iiij.

¶ Glo. sequens distinguit aut seruus ordinatur aut monachat. primo casu aut id fit sciente dño aut ignorante. 7 cum scit aut cōtradicit aut tacet cū ignorat aut ordinator vel presentator scit aut nō. 7 cum nescit: aut ordinatus est ad minores aut ad sacros citra p̄sbyteratum aut ad p̄sbyteratum. Jo.

¶ Et si qlibz seruus fugiēs[a] dñm suū qualibet calliditate aut fraude ad gradus puenerit ecclīasticos decretum est vt deponatur[b]: 7 eius dñs eu3 recipiat. Ex eodem.

¶ Seruus ab eccl'ia manumissus ordinari pōt: 7 qd acquirit: post suū obitū erit ecclesie manumittētis: quā si accusat vel contra eam testificatur libertate 7 ordine priuatur. Capitulum tertium.

De famulis eccl'ie cōstituere p̄sbyteros 7 diaconos p parrochias liceat: ita tñ vt antea manumissi statum recipiant libertatis. ¶ Quicqd aūt talibus extiterit debitū: aut quolibz mō collatū: eis in psonas extraneas trāsmittere nō licebit[c]:

b ¶ Deponatur.

Quid iuris sit de seruis ordinatis. No. q si ordinat seruus dño sciente 7 ptradicente seruus remanet: 7 restituitur dño: etiam si sacerdos sit factus: vt qdam dicunt: vt l. iiij. dist. ex antiquis. Alij ptradicunt vt Jo. 7 Tancre. Si vo sciente 7 non cōtradicente dño: tunc statim liber est: vt. liiij. dist. si seruus sciente. Si autē dño ignorante ordinet: sed episcopo vel presentatore sciēte q sit seruus tunc ille efficit liber 7 episcopus vel presentator tenet dare dño duos seruos eque bonos. liiij. dist. si seruus absente. Si non habeat vnde soluat restituet dño vt statī3 distinguitur. Si vo dño ignorante 7 episcopo 7 presentatore fuit ordinatus: si cōstitutus est in minoribus ordinibus deponit 7 remaneat seruus. liiij. dist. ex antiquis. et c. frequēs. Diaconus vo det vicarium pro se: aut si nō h3 ipse reddatur. liiij. di. ex antiquis. Eodem priuilegio subdiaconus gaudet. j. eo. miramur. ar. ad id. ē. de eta. 7 quali. a multis. Si vo est sacerdos statim liber est. sed amissione peculij sui mulctat: vt in. c. illo ex antiquis. Vel si non h3 peculiū seruiat dño in diuinis officijs. liiij. dist. frequens. Si vo quis monachus factus est: vsq3 triennium tm̄ potest eum repetere: vltra vo remanet monachus 7 liber. liiij. di. si seruus sciente. T. †

De famulis. ¶ CASVS. Statuit cōcilium toletanum q ecclesia possit cōstituere presbyteros et diaconos per parrochias de seruis suis ita tñ q prius accipiant libertatē. 7 quicqd illi postmodum acquisierint vel eis datū fuerit ad extraneas psonas nō trāsmittent sed oīa post obitū suū ad ius ecclesie a qua manumissi sunt debeant ptinere: qbus accusandi vel testificādi aduersus ecclesia oīs aditus precludat sicut 7 ceteris libertis: ad qd si aspirauerint 7 libertatē amittant 7 honorē ordinis quē nō dignitate nature sed tpis necessitate meruerunt. ¶ Nota q liberti dominum suū accusare non possunt vel contra ipsum testificari sine venia.

¶ De famulis. ¶ Tria sunt dicta. Secundum ibi[qcquid.]Tertia ibi[quibus.]Jo. an.

¶ Glo. seq. signat contrarium de duobus canonibus et soluit. Itē signat contrariū de. l. 7 quadrupliciter soluit.

sed oīa ad ius eccl'ie: a q̄ manumissi sunt post eo2 obitu3 debeāt ptinere. ¶ Quibus: sicut ceteris ecclesie libertis accusandi vel testificandi aduersus eccl'iam[d] aditus pcludit. ad qd si aspirauerint: nō solū libertatis bñficio careāt: sed etiā honoris gradu: que3 nō dignitate nature: s3 necessitate tpis pmeruerunt[e]. Ex concilio apud alichi.

¶ Dominus in seruo quem manumittit potest spūales opas retinere. Capitulū. iiij.

Nullus. 7 infra. ¶ Si quis de seruis suis quē quam donauerit libertati et ipm in p̄sbīm fecerit ordinari: ille aūt postea ī supbiā elatus dño suo cāonicas[f] horas psallere noluerit accusatus[g]

c ¶ Nō licebit. xij. q. iij. c. j. 7. ij. Contra hoc loqtur de, libertis ecclesie hac cōditione manumissis: illud intelligit de his qui ingenui sunt. Itē cōtra īsti. de succes. liber. §. sed nr̄a. Hic de rebus acquisitis occasiōe ecclesie: ibi de alijs. Vel hic de manumissis ab ecclesia vt quicqd acqrāt ecclesijs intelligant acquirere. Illud a priuatis. Vel isti nō habebāt psanguineos: illi sic. xij. q. ij. eps q filios. 7 rō est. xij. q. iij. pontifices. 7. j. de testa. cu3 in officijs. Hic est de his que in intuitu eccl'ie data sūt 7 p remedio animarū defunctorū vt ibi dicit. 7 in. c. pontifices. Illud verius credo q hac conditione isti manumissi fuerunt. Si vo simpliciter libertati sunt donati tunc liberū est eis facere qd volunt. j. e. eo libentius.

d ¶ Ecclesiam. i. prelatum: q2 ei precipue tenent cū sit caput. j. de ver. sig. cum clerici. secus est de alijs singularibus psonis. xij. q. ij. qui manumittit. 7. c. octaua discussio. 7. c. eps qui mancipiū. sed cōtra ecclesiam testificari nō pōt: cū sit patrona: nisi ipsius edicti venia impetrata. C. de in ius vo. l. ij. 7. c. predicto qui manumittit. al's in seruitutē redigunt vt dicit hic. 7. c. q manumittitur.

e ¶ Promeruerunt. i. acceperunt. vel intellige proprie: quia ipsi libertatem meritis suis acceperunt. xij. questi. ij. si quos de seruis.

¶ Glo. sequens ar. allegat contrarium 7 soluit.

Nullus. ¶ CASVS. Si aliquis seruū suū donauerit libertati 7 eū fecerit in p̄sbīm ordinari: 7 ille postea ī supbiā elatus dño suo noluerit horas canonicas celebrare accusetur apud epm suum 7 degradetur.

¶ Nullus. f ¶ Canonicas. Ar. q dominus posset retinere operas spūales in eo quem manumittit ad clericatum. Ar. contra. liiij. di. quicunq3. illud intelligitur de obsequio temporali: quod retinetur in eo qui manumittitur non ad ordines: sed vt laicus remaneat. 7 istud de obsequio spirituali quod non prohibetur: immo licitum est. liiij. dist. frequens. in si.

¶ Glo. sequens querit 7 soluit.

g ¶ Accusatus. Sed qualiter contra istum agitur ciuiliter an criminaliter? Si criminaliter et dominus non probet qualiter punietur dominus? Potest dici q accusatus nō punitur proprie: q2 dñs non accusat sed potius agit vt in seruitutem redigat. ar. C. de edē. qui accusare. vel si vis vt proprie teneat accusator puniet pro motu in dictis si defecerit in probando 7 obligabit se ad extraordinariam penam. j. de accu. super his. †

¶ No. q de statu eius de cuius libertate agi q̄n agitur de ci. 7 sic faciens ptra libertates ciuitatis dr̄ facere cōtra statu3. qd no. pp statuta italie An. d bu.

¶ No. p̄mo q si seruus opas impositas spūales si prestiterit dño pōt ī seruitute3 reuocari.

¶ No. fo gs pp'ie dicat ī superbiam elatus. An. d bu.

† ¶ Con cor. l. g cri men. C. q accu. non pos. gl. f. l. fi. C. de ac cu.

¶ Glo. sequens signat contrarium circa quod ponit sex opi. ⁊ tertiam approbat.

a ¶ Degradet. l. iiij. di. ex antiqs. ⁊ c. frequēs. cōtra vbi dī q̄ sacerdos factus remanet liber sup h̄ varij varia dixerūt. Quidā dicūt q̄ istud corrigit̄ p illa. Uel dic q̄ illa cōtinent ius cōe: hic spālia sūt ī odiū illoꝝ q̄ pmoti sunt vt seruiāt in diuinis officijs. arg. j. e. eo libentius. Melendus dixit q̄ hic dñs dixit in pacto vt redigeret in seruitutē nisi ministraret dñis suis diuina. B. dicit q̄ intelligit̄ de seruo plati. Uel posset dici vt q̄dā dicūt q̄ libertas est res spūalis: ⁊ iō pōt venire in cōmutatione cū alio spūali. j. de rerū p. ad qō nes. Hug. dicit q̄ h̄. c. nō tenet. verior v̄ opinio Melēdi q̄ dicit: q̄ eo pacto vel cōditio liber fact⁹ fuit ⁊ ordinatus: vt seruiret dñis suis in diuinis al's in seruitutē redigat̄. ⁊ facit pro hoc. j. e. eo libentius. ⁊ ē ar. q̄ si dño ignorante seruus sacerdos factus fuerit dꝫ reddi domino: vt seruiat ei ī diuinis. l. iiij. di. frequēs. ergo multo fortius dꝫ ei seruire vbi eo pacto pmotus est vt dixit: q̄ maior contumacia presumitur illius: ⁊ sic propter contumaciam: ⁊ q̄ fidem promissam non seruat deponitur ⁊ redditur domino: ⁊ nullo priuilegio clericali gaudebit vlterius quo ad dominum.

apud episcopum qui ordinauerit eum degradetur[a].

Alexan. iij. archi. turoñ.

¶ Spurij vel serui ordinari non debent. Capitulum. v.

Consuluit. ⁊ infra. Consul. t. t. rñ. q̄ neq̄ spurios[b] neq̄ seruos[c] ordinare debes: ⁊ si memor es: ī ɔsecratiōe tibi dictum fuit: vide ne quēlibet seruilis ɔditiōis ad ordines pmouere psumas.

Inno. iij. varian. episcopo.

¶ Manumissus ab ecclīa vt fiat clericus ⁊ ipsi ecclesie ppetuo seruiat in diuinis: ad aliā ecclīam se transferre nō pōt: secus si pure fuerit manumissus. Uel sic. secus si fuerit manumissus vt seruiat. Joan. an. Capitulum sextū.

Eo libētius ⁊ ifra. Adiecisti aliā qōnē: an illorū filij qui ecclesie seruili ɔditione tenent̄: traditi a parentibus militie clericali cum suorū conniuentia dñoꝝ[d]: vt in eadē ecclīa debeāt deseruire assequentes pptérea libertatē: post ea relicta possint ad aliā se trāsferre? ¶ In quo credimus distinguēdū: vtrū eo tenore[e] fuerint manumissi ⁊ oblati ordini clericali: q̄ manumittēti ecclīe dū vixerint deberēt īpendere[f] famulatū in obsequijs diuinorū et tūc trāsferēdi se ad aliā: est eis licētia denegāda. Uel manumissi extiterint absolute † sicq̄ libertatē hēant ad aliās transeundi. Idem.

¶ Jus qō est de seruo facto diacono etiam de subdiacono debet itelligi. Capl'm. vij.

Miramur nō modicū: cū certū sit in ɔstitutionibus antiquoꝝ[h] qñ serui ī gradus ecclīasticos ordinati debeāt in seruitute vel nō debeāt reuocari. ⁊ ifra. ¶ De subdiaconali ordine: q̄ de eo nō fit mentio[i] in patrū statutis: expresse videt̄ nobis q̄ ⁊

¶ Consuluit. b ¶ Spurios. Spurius est cuius pr̄ est vulgus. ⁊ sic nō pōt ondere patrē: vel si ostendit verecundum ostendit: quem habere non lꝫ. ff. de sta. ho. vulgo. ⁊ isti illegitime nati promoueri non debēt. s. de filijs presbyterorum. c. j. ⁊ vlti.

c ¶ Seruos. l. iiij. di. c. j. ⁊. s. e. ti. per totum.

¶ Eo libentius. ¶ CASVS. Aliquis filiū suū obtulit ipsi ecclesie a qua libertatē fuerat cōsecutus vt in ipsa ecclesia dño debeat deseruire in ordine clericali querit̄ vtꝝ post aliqd t̄ps possint ecclesiā illā dimittere ⁊ ad aliā se trāsferre. papa hic distinguit vtrū eo tenore fuerint manumissi ⁊ oblati ordini clericali vt in ea dū vixerint debeāt deseruire diuinis officijs ⁊ tūc ad ecclesiam se transferre non possunt: vel vtrum absolute fuerint manumissi: ⁊ tunc possunt licite ad aliā se transferre. ¶ Nota q̄ libertas datur sub cōditione vel tenore: ⁊ tunc ille compellitur conditionem seruare.

¶ No. q̄ pōt dari libertas sb ɔditiōe vt seruiat qs in diuinis

¶ Eo libentius. ¶ Sunt due partes. Secunda ibi In quo. Joan. an.

d ¶ Dominorum. l. iiij. di. c. j. ij. ⁊ iij.

¶ Glo. seq. signat contrarium ⁊ dupliciter soluit.

e ¶ Eo tenore. Ar. contra. j. q. ij. q̄plo. ⁊. s. e. instruēdi. ⁊. j. de pac. c. vlti. eo intuitu vel modo. nō enim fuit cōditio sed modus ad quē seruandū tenet̄. s. eo. instruēdi. ⁊. j. de pac. c. si. ar. q̄ nō fuit conditio. ff. de tute. muto. §. sub cōditione. ⁊. j. de preben. significatum. ff. de ma. te. libertas. vel aliter: sicut sponsalia possunt cōtrahi sub cōditione vt qs fidē christianā recipiat. xxviij. q. j. nō oportet. vel vt corrigat vt tā. j. de spō. iter opera. Ita pōt aliquem manumittere vt ordinē recipiat: vt hic. et j. de condi. ap. c. ij. libertas eni res spiritualis est. ⁊ ideo pōt venire in cōmutatiōnē cū alio spūali: vt hic. ⁊. s. eo. nullus. et j. eo. de re. permu. ad questiones.

f ¶ Impendere. Immo si non impendunt redigunt̄ in seruitutē. xij. q. ij. diaconi. ⁊. c. octaua discussio. ⁊ illud exaudias ſm hoc ⁊ ſm distinctionē istius intelligas. s. eo. nullus. vt ibi dictum est.

g ¶ Ad aliā. De licētia tñ episcopi: al's non esset questio. Et quo enim intitulati sunt in aliqua ecclesia debēt in ea perpetuo pmanere. lxx. di. scoꝝ. xxj. q. j. c. j. s. de renun. admonet. ⁊. j. de pac. c. vltimo.

Miramur. ¶ CASVS. Aliqñ serui ordinantur sine licentia dñorum suorū: quesitū fuit a papa qualiter isti sic ordinati debeant in seruitute vel nō debeant reuocari. papa miratur de hac questione: cum certus sit in omnibus quomodo debeant vel nō debeant in seruitutē reuocari verūtamen de ordine subdiaconali cuꝫ de eo nulla fiat mentio in decretis: dicit q̄ ille ordo eodem priuilegio gaudet cū diaconali: q̄ lꝫ olim non reputaretur sacer in primitiua. tamē a tempore Gregorij Urbani ſm moderna tempora sacer reputatur. ¶ Nota q̄ subdiaconatus ⁊ diaconatus simili priuilegio gaudent.

¶ Miramur. ¶ Primo decise narrat factum. secundo diffinit ⁊ sol. Joan. an.

h ¶ Antiquoꝝ. l. iiij. di. ex antiqs. c. frequēs. ⁊. c. qs aūt.

¶ Glo. sequens reci. per obiec. dec. ex antiquis.

i ¶ Mentio. Ut pꝫ in predictis canonibus. l. iiij. dist. ex antiquis: vbi nulla fit mētio de subdiacono expresse sed de presbytero ⁊ diacono fit mentio expresse: de subdiacono ⁊ inferioribus officijs fit mentio nō expresse: sed gnāliter fit de subdiacono mētio ī. c. ex antiqs ibi. reliqua ibi officia. Illa cl'a respicit oēs post diaconū q̄ pꝫ antiqua iura subdiaconalis ordo nō erat sacer: ⁊ iō cōi iure cēsebat̄ cū īferioribus ordinibus ī pmitiua ecclīa. di. nullus in epm. ⁊. c. pceden. in qbus ad honores pueh pphibent̄ oēs īferiores post diaconū: ⁊ ideo olim subdiaconus si pmotus fuerat dño suo ignorante reuocabatur in seruitutem. hodie ibi cū diacono eodē priuilegio gaudet: vt si quis ignorante domino subdiaconus fiat vicariū pro se

prestet aut si non hʒ ipse reddatur. hic cauetur de diacono ⁊ ideʒ iuris est de subdiacono per hanc decre.

a ¶ Gregorij. Constitutionē gregorij habes. xxxj. dist. ante triennium. ⁊ xxviij. di. nullum.

b ¶ Urbani. Secundi scʒ vt. xxxij. dist. erubescant. ⁊ illa iura. lxj. di. hodie correcta sunt: qr bene potest subdiaconus hodie eligi i epi scopū. ṡ. de eta. ⁊ qua li. a multis.

¶ Dilectus fili⁹. ¶ CASUS. Joānes miles impedicbat. G. diaconum ne ordinaret in presbyterū ea occasione quia dicebat patreʒ ipsius diaconi hoieʒ suū esse quāuis mr ipsius libera esset vnde ille diaconus hoc proposuit corā papa. vnde mandat archiepō neapolitāo quatenus si predicta vera sunt militē ipsum compescat ab huiusmodi impedimento.

¶ Nota q filius sequitur conditionem libere matris.

¶ Dilectus. ¶ Primo ponit querelam. Secūdo sup ea dat iudicē. Scđa ibi [quo circa.] Jo. an.

¶ Glo. seq. obijcit p locū a diuisiōe ⁊ soluit dupliciter.

c ¶ Mater sua. Si iste natus est de legitimo matrimonio contradicit illud decre. xxxij. q. iiij. liberi dicti sunt: vbi dicit q natus de legitimo matrimonio deteriorē partem sequitur semp. ⁊ hic dr partus seqtur matrē. si antē dicis q nō fuit natus de matrimonio tunc sequitur cōditionē etiā matris: vt ibi ⁊ hoc videt ideʒ. sed sm hoc nō pōt stare quod hic dicit: qr si iste nō est natus de matrimonio legitimo pmoueri non pōt ad sacros ordines. ṡ. de fi. presby. c. j. ⁊ hic dicit q in presbyterū ordinet. Dico ergo q iste erat natus de legitimo matrimonio: ⁊ tñ sequitur cōditionē libere matris. C. de rei ven. partum. ⁊ ff. de li. cā. placuit. ⁊ etiā ancille sed ibi nō est matrimonium: vt. ff. de sta. ho. lex nature. ⁊ ca. illud intelligitur sm lombardā consuetudinem: que adhuc obseruatur in multis regionibus: vt partus sequatur deteriorem conditioneʒ natus de matrimonio legitimo. Sed lex romana aliud tenet vt partus sequatur conditionē matris natus de legitimo matrimonio: vt dicunt leges predicte. Uel ca. illud liberi potest reduci ad. ll. predictas: vt dicas ibi deteriorem partem sequatur. i. debiliorem scilicet femineam: nam serus femineus debilis est: ⁊ ideo iste cum sit natus liber de libera matre potest promoueri non obstante ɔtradictione militis: preterea cū iste iā eēt diaconus poterat in libertate remanere dato vicario. ⁊ sic dñs ipsum impedire non poterat. liiij. disti. ex antiquis.

¶ Rub. De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel nō. Uiso de obnoxijs conditione seruili: vidēdum est de obligatis ad ratiocinia sm Goffredū. Et sm eū ratiocinia redditiones sunt rationū. ⁊ sunt rationum redditiones quibus est qs obligatus ex administratiōe rei publice.

¶ De hac materia habetur. lj. ⁊ liij. ⁊ lxj. di. per totum ⁊. ṡ. de tempo. or. ver. an obligati. Jo. an.

is cū diaconali gradu priuilegio gaudet eodem. Nā lʒ sacer ordo nō reputaret in ecclesia pmitiua: tñ a ɔstitutione Gregorij [a] atqʒ Urbani [b] sm moderna tempora sacer gradus eē minime dubitat. Grego. ix. archi. neapo.

¶ Natus ex patre seruo ⁊ libera matre liber est ⁊ licite promouetur. Capitulū. vij.

Dilectus filius. G. diaconus proposuit q. J. miles ea occasiōe q prēʒ ipius hoiem suū esse pponit: lʒ mater [c] sua cuius debet imitari cōditionē † liberā esse noscatur: me pmoueat in psbyterū impedire presumit. ¶ Quo circa mādamus quatenus si tibi constiterit de premissis eundem militē ab hmōi impedimento cessare cōpescas.

¶ De obligatis ad rōcinia ordinandis vel non.

Ex concilio Aurelianeñ.

¶ Obligatus ratiocinijs deposito onere ⁊ reddita rōne ordinari pōt prius vo nō. c. j.

Magnus episcopus Augustinus dicit: procuratores [d] actores: executores [e] seu curatores [f] pupillorum si debēt ordinari. ¶ Gratus episcopus dixit. Si post deposita onera: ⁊ reddita ratiocinia [g] actus vite ipsorum fuerint cōprobati in omnibus debent cum laude dei: si postulati fuerint: honore mu

Magnus epūs. ¶ CASUS. Epūs Augu. quesiuit in cōcilio vtrū pcuratores actores ⁊ executores ⁊ tutores pupillorū seu curatores debeāt ordinari. Gratus epūs respondit q post officia sua deposita ⁊ reddita rōne sui officij possunt ordinari dūmodo al's digni inueti fuerint. Sed antequā liberati sint ab officijs suis: qr ecclesia ifamat cū postea conueniunt sup officijs: oēs dixerūt: Recte rñdit scitas tua ⁊ ita est nostra snia.

¶ Nota q ordinandi liberi debēt eē nō soluʒ a seruitute sed etiam ab officijs secularibus.

¶ Magnus epūs.

¶ Sunt tres ptes q̄stio: ⁊ qōnis rñsio: ⁊ rñsiōis approbatio. secūda ibi [gratus.] tertia ibi [vniuersi.] Joan. an.

¶ Iste pme due gl. sequentes exponunt quid sit procurator. actor. executor.

d ¶ Procuratores. pcurator dr q mādato dñi aliena negocia in iudicio administrat. ff. de pcu. l. j. alius dr pcurator ad negocia datus. ff. mā. si remunerādi. §. j. ⁊ specialis titulus est ille ad negocia: qr iste ad cās: ille ad negocia actor cōstituit a corpore vel vniuersitate. ff. qđ cuius. vni. l. j. ⁊ debet cōstitui etiā cum decreto ⁊ ad lites psentes non futuras. ff. c. item eorum. §. sed si ita.

e ¶ Executores. Qui mādata iudicū exequunt sicut sūt hmōi officiales dū tñ seua pcepta nō exercuerint: qr illi promoueri non possunt. lj. distin. aliquantos. ita q irregularitatem non contraxerunt.

f ¶ Curatores. Melius dixisset tutores per hoc qđ sequitur pupillor tutor enim datur pupillo. j. xiiij. an. curator post. xiiij. vsqʒ ad. xxv.

¶ Glo. seq. distinguit aut retinet offm aut deponit. Primo casu aut obligatus est seculari psone aut ecclesiastice cum deponit aut ratiocinia sunt publica aut priuata. ⁊ si priuata: aut mouetur questio aut non. ⁊ si mouetur aut de dolo aut de culpa.

g ¶ Ratiocinia. Rōcinijs obligatus alicui seculari psone nisi fuerit miserabilis cui obligatus est: ⁊ si in offō suo voluerit remanere pmoueri nō dʒ ar. xxj. q. iij. c. j. ⁊ ij. j. ne cle. vel mona. c. j. ⁊. ij. ⁊. c. sʒ nec pcuratiōes si vo ecclesiastice psone vel miserabili fuerit obligatus etiā in offō suo pseuerans poterit pmoueri si aliud nō obsistat ar. lxxxvj. di. pueniit. ar. xvj. q. vij. noua. lxxxix. di. iudicatū. Si vo administrationē deposuerit: cuiuscūqʒ negocia gessit: si ex ea obligatione remanet obligatus: si publica sint rōcinia pmoueri nō dʒ ante redditā rōneʒ. C. de epi. ⁊ cle. officiales. Si vo puata: aut in ipsa pmotione mouet sibi q̄stio aut nō: si mouet aut pus mota est distinguit: aut cōuenit de dolo vel de culpa tm̄. si de dolo vel pfidia: nō dʒ ante finē litis pmoueri. ar. lxxxj. di. tantis daniel. ⁊. xxiij. di. illud. ⁊. C. de pcu. reū. ⁊ in hoc casu pōt intelligi hoc. c. ⁊ tñ dʒ taxari. j. qđ tps decidat cā ar.

Procurator.

Executores.

¶ No. extra. c. magn⁹ q ois ille ihabilis ē ad ordies cui⁹ ordinatione ecclesia infamat. An. d' bu.

¶ Nota qđ sit vitiū corpis impediēs quē a promotiōe qñ s. ē tale q scādalum generat in solenniter celebrādo vel i actu solenniter celebrādi. An. d' bu.

j.de ele.despon.cum inhibitio.z.j.qui si.sint legi.lator. z.j.q.j.qdam.C.de inge.manu.diffamari.ff. de accu.cuz ticia. Si de culpa tm̄ cōuenit ꝓmoueri pōt nō obstante reclamatione creditoris cū lis suo marte cōcurrere possit vt prius: z etiā sub eodē iudice.ff.de iurisdi.om.iudi. cū quedā. z.j. de fo. cōpe.ꝓposuisti.si ꝓo nec lis sibi mouetur nec mota est non obstante obligatiōe ꝓmouet: nisi manifestū sit ipsum de dolo teneri.tūc enim eps ipsum ex offō suo repellere pōt sicut quē libet criminosuz.vj. qōne.j.ifames. Ala.

a ¶ Ante libertatem.i.ante redditam rationem.

¶ Glo.sequens que rit z soluit.

b ¶ Infamatur. Quid si ꝓhibēte creditore fuerit ꝓmotus ad clericatū: Rñ.nō deponet ꝓpter hoc: sed bona sua cedent ei i solutū:que si nō sufficiāt eps ei tenet q abstulit ei occasiones negociādi. lxxxiiij.di.fornicari. z expone infamat.i. ide punitar. Uel dicas ꝙ nō teneatur vltra id qd facere pōt eps.j. de solu. Odoardus.

c ¶ Nr̄a.Nam oia nostra facimus:quibus auctoritatē impartimur. C. de ve. iu.enu.l.j.§. sz neqz arg.j.de sen.excom. mulieres.

† ¶ Fa. l.obseruādus. ff. de off.p̄si.z.l. dist. pōderet.

nerari:si enī ante libertatē[a] negociorū vel officiorum fuerint ordinati ecclesia infamatur[b]. ¶ Uniuersi dixerunt Recte statuit sanctitas vestra:ideoqz ista est nr̄a[c] snia.

¶ De corpore vitiatis ordinandis vel non.

Alexander tertius.

¶ Presbyter qui in duello digiti partē amisit ex dispensatione sui epi potest in suo ordine ministrare. Capłm.j.

De presbytero cāpanie:qui duellū sponte obtulit:z oblatū suscepit[d] z in eo partē digiti amisit. Rñdemus ꝙ cuz ipse non pdiderit tm̄ de digito:qn sine scādalo possit solēniter celebrare: satis poterit post pactā penitētiā cum eo misericorditer agere † z permittere ipsum in suo ordine ministrare[e]:lz eius excessus grauis admodum extitisset.

Idem cistercieñ.elec.

¶ Dñs in oculo maculaz q̄ non inducit magnam deformitatem etiā ad episcopatū

¶ Rub. De corpore vitiatis. Uiso de impedimento obligationis ad ratiocinia:de impedimento corporis videndū est. Jo.an.

¶ De hac materia habetur.lv.distin.per totum z.lxix. distinctio.per totum.

De presbytero. ¶ CASUS. Quidā presbyter obtulit duellū cuidā aduersario suo z oblatū ab eo suscepit:p̄sbyter in illo duello digiti partē amisit querebat vtrum possit celebrare in ordine sacerdotis. Rñdet papa ꝙ si ipse non amisit tm̄ de digito qn bene possit sine scādalo celebrare: vnde post peractam penitentiaz satis poterit cū eo misericorditer dispēsari vt in ordine suo ministret.

¶ Nota casum in quo eps dispensare potest.

Continuatio.

¶ De presbytero. ¶ Ponit factum de quo respondet illud aggrauans ibi[respondemus.] Jo.an.

¶ Glo.sequens signat contrarium z dupliciter soluit.

d ¶ Suscepit. lj.di.sigs post acceptū ꝯtra. So.q duellū suscepit:lz i pune possit occidere:nō tñ hz affectū vel ꝓpositū occidēdi:sed ius suum defendēdi nō repellitur ab offō suo. Uel qd hic dr̄ est dispēsatio p illud verbum misericorditer † ita tamen ꝙ homicidium vel membrorum truncatio non fuerit subsecuta:quia tunc dispensa

† ¶ Con cor.l. ipe

ri non posset.j.de cle.pug.in duel.c.j.sed de rigore iuris tales deponendi sunt vt ibi.

¶ Glo.seq.signat contrarium z soluit.

e ¶ Ministrare.j.de cle.egro.p̄sbyterū.cōtra.hic non fuit debilitas vel deformitas.ibi fuit.sic.j.e.c.vlti.

poterit promoueri. Capi.ij.

Quz de tua electiōe questio mota fuisset: z ifra. ¶ Tibi ꝙ in oculo maculaz hēas: z filiuz canonici[f] fueris est obiectū. ¶ Uñ cāt.archiepo dedimus i mādatis vt ꝓ eo ꝙ canonici filius diceris: i ꝓmotiōe tua ex multa dispēsatiōe ꝓcedat. ¶ De macula vo archiepo pdicto mādauimus: vt cū cōsilio s suffraganeoꝝ suoꝝ qō exinde visū fuerit[g] † exequat: i q̄ tibi ex maxima dispēsatiōe curauimus ꝓuidere. Clemē. iij.va.epo.

¶ Sectus in cunabulis licite promouetur. Capłm.iij.

Ex parte. B. monachi petitorium fuit nr̄o apostolatui p̄sentatū:ꝙ cuz ipse in cunabulis sect⁹ fuerit postmodum sub regula z abbate deuote deo militās: in diaconatus ordinē est ꝓmotus: z i fra. ¶ Sane cū scdm̄ statuta niceni[i] ꝯcilij: illi ad clericatus ordinē ꝓhibeant accedere: z si etiā in clero fuerint debeāt cessare: q seipos sani abscideri nt[k] vel affectauerit vt

hoc:videt ꝙ nō.ff.de edi.edic.qui clauū.§.j.z hic nō determinat qd facere debeāt.vñ arbitrio istoꝝ relinqtur. j.de of.iudi.deleg.de causis.z.ff.de iur.delib.l.j.§.j.

Ex pte. ¶ CASUS. Quidā monachus Bartolomeus noīe in cunabulis sectus fuit. postmodum fuit ordinatus i diaconū:qrit an possit vltim⁹ ad maiores ordīes ꝓmoueri. Rñdet papa ꝙ nicenū ꝯciliū ꝓhibz illos ad ordines ꝓmoueri:z si ꝓmoti sūt debēt eijci q se ipos absciderūt vel affectauerūt vt ab alijs abscinderēt dū sani erant:q in cunabulis secti sunt bñ possunt ꝓmoueri qz cū iudiciū animi nō hēant affectare non possunt vt ab alijs abscindant z in canonibus apostoloꝝ legit ꝙ si p insidias eunuchus factus sit vel ita natus vel in p secutione amputata sunt virilia si al's dignus est pōt fieri eps. ¶ Nota ꝙ nō pōt promoueri qui se abscidit.

¶ Ex parte. ¶ Primo ponitur monachi petitio. scdo ibi[sane.]responsio:arguendo a prohibitis.secūdo a p missis ibi[presertim.] Jo.an.

i ¶ Niceni.lv.di.si qs ꝓ egritudine.z sigs a medicis.

¶ Gl.se.reci.p.q.q̄ est rō q̄re se abscindētes zc̄.Jo.an.

k ¶ Absciderint. Ex indignatiōe.s.nulla cā supueniēte.xxxiij.di.maritū.ꝙ si ex cā supueniēte hoc fecit puta

Uim de tua. ¶ CASUS. Quidā electus fuit i epm̄ opponebat sibi ꝙ habebat maculaz in oculo z ꝙ nō erat legitimus : mandat papa ꝙ dispenset cū eo in vtroqz.

¶ Cum de tua. ¶ Primo ponit duos obiectus ꝯtra electū scdo ibi[vnde]circa vtrūqz prouidet. secunda ibi [de macula.] Joan.

f ¶ Canonici. De cōcubinatu.z iō contra ius cōmune.s.de elec.cū in cūctis.vñ sequitur ex multa dispensatione.

g ¶ Cū ꝯsilio. Ergo isti suffraganei de legati censent. ar.l. di.studeat sine quoꝝ ꝯsilio sup macula illa nihil disponere dz al's nō valeret.s. de elec.cum in veteri.

¶ Glo.sequens que rit z soluit.

h ¶ Uisum fuerit. ita ꝙ idoneū sit z iustū qd eis videbit. s.de elec.cāz.z.ff.loca. si in lege. z.ff. de ope. lib.si libertus. Itē pone ꝙ hēat vnū oculū maiorem alio nūqd remouebit pp

rialis. ¶ de nup.z si.C.de z na.iter v z vxo.

† ¶ Adi qd iporte hec verba put tibi vi debitur in stū.l. qdā ff.d leg.ij. z.l.fideiui sor.§.si fit. ff. de leg. iij.

¶ No. ꝙ inhabilis ē natiuitatis vitio qñqz eligitur z tunc admittit electio de multa dispēsatiōe .i. ex magna gra z vide text. de elec. qz diligētia z vi. de eta. z quali. ac cepimus ; h tex.ē certus. Ant. de but.

¶ No. in tex.ibi sa dictuz af. ꝙ indictū qñqz sumit p discretiōe af. qd no.pro

ctimore lepre non īputaṫ.j.co.ex pte. Et ideo isti ordinari pꝓibenṫ qui sani se abscindūt: qꝛ quasi homicide suspicꝰ iudicanṫ: ꝛ vel cōditioni inimici.lv.di.siqs absciderit. Et qꝛ p̄sumiṫ q̄ omne turpe malū faceret: qui h̄ in seipso au- sus est attētare.ff.de edil'.edi.cuʒ aūt.§.excipiṫ.sed qua- re aliqs iniicit sibi manus: cuʒ mēbrox suorū nemo sit dn̄s. ff.ad.l.aql.liber ho mo.religione cnīʒ ꝛ nō ferro q̄renda est castitas.xxxij.q̄sti.v. tunc saluabiṫ.ad fi. ar.j.c.pxi. Et q̄ di- cit affectauerint: vt ab alijs ꝛc̄. Intelli- gas cum effectu: qa cogitatōis penā ne- mo meretur.de pe. di.j.cogitationis.

a ℭ Iudiciū. Quia etas illa nescit quid videat.C.ð fal.mo. l.j.ꝛ.iij.q.vij.§.tria.

b ℭ Apostolorum. lv.dist.eunuchus.

S Ignificauit. ℭ CASVS. Quidā p̄sbyter cre- dēs se obsequiū p̄sta re deo fecit sibi viri lia amputari: dī q̄ si dignus est aliter po test dispēsari cū eo: vt in officio sacerdo tis p̄ter officiū mis- se ministret.

ℭ Significauit. ℭ In prima factū. In scd'a cōditiona- le mādatum. Secū- da ibi[Quocirca.]

c ℭ Obsequium. Sed in hoc displi- cuit: quia non ferro: sed religione quere- da est castitas.xxxiij.q.v.tūc saluabitur.in fi.ꝛ.s̄.c.pxi.

d ℭ Virilia. Talem appellat lex morbosum.ff.de edil'. edic.finautem.arg.lv.dist.siquis absciderit. Et etiaʒ ho- micida reputatur.lv.dist.qui partem.

ℭ Glo.seq.reciteṫ per.q.qð sit sacerdotale officium.

e ℭ Officiū. Sicut baptizare penitētiā dare: ꝛ alia offi cia p̄ter officiuʒ misse: ꝛ alia silia que solis sacerdotibus sunt ꝯcessa.xvj.q.j.adijcimus.de ꝯsc.dist.iij.cōstat.

f ℭ Nostra.ꝛ tua. Et ita dispēsatio est: qꝛ deponi dʒ qui iniusto errore supatꝰ seip̄m absciderit.lv.di.siqs abscide rit.ꝛ.c.qui ptez.xxxiij.di.maritū. Nō enim lʒ alicui seui- re in corpus suū cum nemo sit dn̄s mēbrox suox.ff.ad.l. aquil'.liber hō.i.respō.ꝛ sic in hoc casu pōt dispēsare epi scopus cum dicat auctoritate sua: q̄ credo etiam sine au- ctoritate domini pape in alijs admissa.

E X parte. ℭ CASVS. Quidā p̄sbyter sentiēs sibi lepre piculū īminere: fecit sibi p̄scidi virilia: que- riṫ an possit in officio suo ministrare. Rn̄det papa: qua- tenus si est ita: ꝛ alias idoneus est: exequendi officiū suū liberam habeat potestatem.

ℭ Ex parte.M. ℭ In p̄ma querela presbyteri. In se- cunda prouisio ibi[Quoniam.]

ab alijs abscindanṫ: non credi mus ei impedimentū afferre: quo minus possit ꝓuehi qui in cunabulis sectus fuit: qꝛ nō vi deṫ hoc eo tpe affectasse quo iudicium [a] animi nō habebat. ℭ Presertim cum in canoni- bus aplox [b] sit manifeste san- citū: q̄ eunuchus si p insidias hoīum factus: vel ita natꝰ sit: aut etiam in psecutione sint ei amputata virilia: ꝛ dignuʒ est: possit in episcopum ꝓmoueri.

I dem Rauēna.archi.

ℭ Sacerdos q sine cā virilia sibi fecit abscindi credēs inde mereri: de dispēsatiōe epi suū officiū p̄ter altaris ministeriū poterit exercere. Caplm.iiij.

S Ignificauit nob. R.ar- chip̄sbyter sancti Ste- phani: q̄. B.p̄sbyter: credenʒ se obsequiuʒ [c] p̄stare deo: fecit sibi virilia [d] amputari: ꝛ ifra. ℭ Quocirca mādamus q̄te- nus si iaʒ dictū p̄sbrm: al's deo dignū inueneris: ei sacerdota- le officiuʒ [e] absq̄ altaris mini sterio auctē nr̄a [f] fretus ꝛ tua: ꝓut videriṫ expedire/ꝯcedas.

I nnocentius tertius.

g ℭ Lepre periculuʒ. Que expellit homineʒ a cohabi- tatione aliorum.xxxiij.q.ij.hoc ipsum.ꝛ.j.de eccle.edifi. cum dicat Apl'us.ꝛ.j.de cleri.egrotan.tua nos.

ℭ Glo.seq.no.a ꝯrio.rōnem reddit.signat ꝯriū.ꝛ soluit.

h ℭ Infirmitatis. Secus si ex indignatione.lv.dis.siqs absciderit.c.qui par teʒ.ꝛ.c.hi qui se.vel obtentu religionis. s̄.c.proxi. Et est ra- tio: qꝛ eunuchos vo lūtarios diligit de- us: ꝛ nō ex necessita te factos.xxxiij.q.v. tūc saluabiṫ.lv.dis. siquis pro egritudi- ne.qa nemo est do- minus mēbrox suo- ruʒ.ff. ad.l.aquil'.li- ber hō.ꝛ.ff.de pecu. deposui.§.stichum. Arg.cōtra.ff.de pe- cu.sed ꝛ si dānuʒ.§. si ipse. Hoc tm̄ ei li- ceret q̄ dn̄s serui p- pter hoc dānum ni- hil de peculio serui deducit. Vincē.

ℭ Sacerdos q ex iusta cā fe- cit sibi virilia abscindi: pōt vt ꝓus sacerdotale offm̄ exercē.

E X pte.M.p̄sbri Cap.v. fuit ꝓpositū: q̄ cum sibi sentiret lepre [g] piculuʒ īmine- re: de cōsilio medici virilia fe- cit sibi abscindi: vt posset a tā graui īfirmitatis [h] vitio libera ri: ꝛ ifra. ℭ Qm̄ igiṫ canones scōx patrū huc [i] a sacri altaris administratiōe nō ꝓhibēt: mā damus q̄tenus si est ita: ꝛ me- moratꝰ.M.ē al's idoneus: vt sui ministerij offm̄ exeq̄tur [k] liberaʒ ei tribuas facultatem.

I dem Wilceñ.episcopo.

ℭ Mutilatus manu si ꝓmo- tus fuerit in abbatē ab abba- tia deponitur. Cap.vj.

E Xposuisti nobis q̄ p̄de- cessor tuuʒ. H.in abbatē ꝓmo uit nesciens: q̄ ipse esset ma- nu [l] altera mutilatus: ꝛ infra. ℭ Nos igiṫ frater.tue taliter rn̄.q̄ cum pro tam enormi [m] defectu [n] ad sacros non possit ordines ꝓmoueri [o]: ꝛ in ꝓmo- tione sua id tacuerit [p] fraudu- lenter: † ab abbatie officio est non immerito amouendus.

i ℭ Huc. Sciłʒ qui a dn̄is/vel a medi- cis/vel a barbarij se ctus fuerit.lv.di.si- quis a medicis.

k ℭ Exequaṫ. Et ad superiores ꝓmo- ueaṫ ordines.lv.di. siquis a medicis: et de iure cōmuni sine aliqua dispēsatione per iura p̄dicta.

E Xposuisti. ℭ CASVS. Quidam promotus fuit in abbatem qui carebat altera ma- nu. ꝯsultus papa re- spondet q̄ cum ipse pro tanto defectu non possit ad sacros ordines promoue ri: ꝛ ipse hoc tacuerit in sua promotione ab officio abba- tie debet perpetuo remoueri. ℭ Nota q̄ abbas ad sa- cros ordines promoueri debeṫ.

ℭ Exposuisti nobis. ℭ Communis diuisio. Secunda ibi[Nos igitur.] Joan.and.

ℭ Glo.sequens recitetur per questionem: quid si ami- sisset digitos: quid si dentem.

l ℭ Manu altera. Idem esset si amisisset digitos pro- pter quos impediret ad frangēduʒ eucharistiā.j.de cle. egrotā.presbyterū.ꝛ.ff.de edil'.edic.si hominis. Secus si non impediret per amissionem digiti.s̄.eo.c.j. Sed pro- pter carentiam dentis non impediretur: nec dicitur mor- bosus.ff.de edil'.edic.cui dens.

m ℭ Enormi. Secus si pro minori.s̄.eo.c.j.ꝛ.ff.

n ℭ Defectu. Idest irregularitate.

o ℭ Promoueri. Quia abbas debet esse sacerdos: vt s̄.de etate ꝛ quali.c.j.

ℭ Glo.seq.alle.tres ꝯcor.querit.ꝛ q̄ōnis dubiuʒ aperit. ponit opi.Ioā.ꝛ soluit contrarijs respōdendo.

p ℭ Tacuerit. Ordinādus enim impedimētū suū teneṫ ꝓdere.l.di.ex penitētibus.ꝛ.lvj.di.qꝛ simplr.ꝛ.liiij.dist.

regŕaʒ pce dere affir- matiue q̄ libʒ ad or- dies cēseṫ idoneus: nisi ī iure repiaṫ ꝓ- hibitus. An.ð bu.

† ℭ Con cor.ter. in l.si fin.C. ad velle.

ℭ No. q̄ ī habil' ad ordines ꝓ moueri si pōt ad ab batiā ð iu re cōi: ꝛ lʒ qꝛ dʒ eē sa cerdos: vt dicit gl. et sic ī habil' ad vnū cō nerox: est ī habil' ad reliquum. An.ð bu.

si fuus. Sȝ quare iste remouet̃ ab abbatia: si dicis ꝓpter irregularitatē ꝯdicit. ṡ. de eta. ꝛ quali. tuā. ꝛ. xvj. q. j. legi. ꝛ. l. di. accedens. arg. Dixit Joā. ꝙ potius remouet̃ ꝓpter scādaluȝ q̃ ꝓpter irregularitatē. Q̄d nō credo: imo irregularitas sufficit ad remotiōeȝ. ꝛ qꝛ h̃ tacuit fraudulent̃.

Et abbates de iure debēt ad ordines ꝓmoueri. Al's si culpa sua īpediunt̃ repellūt̃. ṡ. de eta. et qualita. c. j. ꝛ. c. illud accedēs. Nō dicit ꝙ ille sit abbas: sȝ sollicitudinē in monasterio dȝ hēre: puta syndicus vel cellerarius pot' ad laborē q̃ ad honorē. Decr. illa tuā: que vi ꝯtra loquit̃ de dispēsatione ꝓpter necītatē ꝙ abbas talis debeat eē sacerdos. Est ar. ṡ. de elec. ne pro defectu. ibi equiparat̃ regular] ꝛ cathedralis eccl'ia. Unde videt̃ ꝙ sit nomen honoris: ꝛ nihilominus oneris ꝛ laboris. vñ dicit Grego. Omne enim qḋ hic eminet plus affligit meroribus q̃ honoribus gaudet. xlīj. di. nerui.

Honoꝛ. iij. epo Engolismeñ.

¶ Carēs vngula pollicis: dūmodo sit fortis in pollice licite ad sacerdotiuȝ ꝓmouetur.

Thomas monachus ꝓposuit: ꝙ cum in annis puerilibus eēt ꝯstitutus: quedaȝ barra ferrea sup dextre sue pollicē fortuito casu cadēs vngulā auulsit ab eo. Cap. vij.

¶ Quocirca mādamus quatenus si ad frāgendū eucharistiaȝ sit in pollice ipso potēs: ꝛ aliud canonicū nō obsistat: ꝓpter deformitateȝ[a] huiusmodi nō dimittas: qn eum ad ordinem ꝓmoueas sacerdotis.

¶ De bigamis nō ordinādis.

Ex concilio aurelian.

¶ Breue est. Capitulum. j.

Thomas. ¶ CASVS. Thomas monachus dū eēt in annis puerilib' ꝯstitut': quedā barra ferrea casu fortuito cecidit sup polliceȝ dextre manus ipius: ita ꝙ vngulā auulsit ab eo: dubitat̃ vtrū possit ad sacerdotiuȝ ꝓmoueri. R̄ndet papa si potēs est in ipō pollice ad frangēdum eucharistiam: ꝛ aliud canonicuȝ nō obsistat propter talem deformitateȝ non debet impediri: quo minus debeat ad sacerdotium promoueri.

¶ Thomas. ¶ Primo ponit monachi casum. Secūdo cōditionale mandatum. ibi [Quocirca.] Joā. an.

a ¶ Deformitatē. Modica enim deformitas nō īpedit qualis h̄ fuit. ṡ. eo. c. j. si enī magna eēt deformitas: vt tortuȝ digitū vel pollicē pdidisset nō ꝓmouet̃. j̃. de cle. egro. p̄sbi'm. De hmōi deformitatib' no. ad itelligētiā hmōi titul: ꝙ qdā sunt corpe viciati spōte. qdaȝ casu. si spōte distinguo: aut nulla iusta cā iteruenīete. Et tūc ordinādus repellit̃: ꝛ iaȝ ordinat' deijcit̃. lv. di. que partē. ꝛ. c. si gs a medicis. ꝛ. xxxiij. di. marituȝ. aut iusta cā iteruenīete. tūc nō ꝓhibet̃ ab ordie: puta timore lepre vel aliqua ꝯsili cā. ṡ. e. ex pte. ij. nisi gn̄et deformitatē: qꝛ tūc in omni casu repellit̃. ar. lv. di. lator. ꝛ. c. si euāgelica. ṡ. eo. c. pr. si casu in magnis mēbris / siue corpulētia / siue dignitate repellit̃ ꝛ deijcit̃: si deformitatē generet. lv. di. si euāgelica. Jn paruis ṽo mēbris nō impedit̃ si deformitas modica sit: ꝛ sine culpa sua: vt hic. † Si ṽo culpa sua in talē modicā deformitatem incidit: de misericordia etiā tolerat̃. ṡ. eo. c. j.

¶ Rubrice. De bigamis non ordinādis. Quia inter ceteras irregularitates bigamia non modica reputatur: ideo ꝛc̃. Joan. andr.

¶ De hac materia habet̃. xxxj. dist. ꝛ. xxxiij. §. quid ergo vsq; ad fi. di. ꝛ. lxxxij. di. qsqs. ꝛ. xxxiij. q. vlt. per totum. ꝛ repetitur in. vj. Anto. de but.

Vt bigami. ¶ CASVS. Bigami penitentes ꝛ mariti repudiatarum ad sacerdotium promoueri non possunt.

¶ No. ex c. thomas ꝙ defect' i aliq̃ mēbro nō impedit queȝ promouēdū: quādo non gn̄at scādaluȝ: nec reddit euȝ īpotētē ad exercitium officij sacerdotalis. An. d' bu. Corpe viciati sunt duplices. Cōtinuatio.

† ¶ Concordat. l. si mora. cum glo. ff. sol. mat̃. ꝛ. l. q̃ actione. §. fi. ff. ad. l. aquil.

Vt bigami[b]: penitentes[c]: vel repudiatarū mariti: ad sacerdotiū nō ascendant[d].

Lucius. iij. Spal'. archiepo.

¶ Cum bigamo qui ordinat' est ad sacros non dispēsatur: et ordinator priuabitur potestate ordinandi: nisi cū eo fuerit dispensatum. Capitulū. ij.

Super eo quod tua fraternitas de bigamis[e] requisiuit. ¶ Respondemus ꝙ ordinatores eorum potestate ꝛ officio[f] ordinandi: ꝛ ordinati si ad sacros ordines fuerint promoti: eis ideo sunt priuandi: qꝛ in bigamis ꝯ ꝯtra apl'm dispēsare[h] nō licet: vt debeāt

b ¶ Ut bigami. Supple statuimus ꝓpter istud verbū bigami ꝛ repudiataꝝ mariti solum facit ad titulum.
c ¶ Penitentes. Solēniter. l. dist. ex penitentibus.
d ¶ Non ascendant. Propter defectū sacramenti. j̃. eo. c. debitum. Ubi de hoc sacramento traditur.

Super eo. ¶ CASVS. Quidam bigami ꝓmoti fuerunt ad sacros ordines: querebatur an deberēt in suis ordinibus ministrare. Respōdet papa ꝙ ordinatores eorum sunt potestate ordinādi priuandi: ꝛ ordinati ad sacros ordines non debent in ipsis ordinib' remanere: quia contra apostolū cum bigamis dispensare non licet: tamē cum ordinatoribus dispēsari pōt: vt potestate ordinandi nō priuent̃.

¶ Nota ꝙ episcopus cuȝ bigamis nō pōt dispensare.

¶ Super eo quod. ¶ Primo recitatur consultatio. Secundo datur responsio. ibi [Respondemus.] Joañ. an.

e ¶ Bigamis. Scilicet ordinatis.

f ¶ Potestate ꝛ officio ordinādi. Jdest priuādi sunt potestate ꝛ officio cōferendi similes ordines. sic. ṡ. de tēpo. ordi. litteras. ꝛ. c. dilectus.

¶ Glo. seq. ponit qnq; modos qbus qs dī bigamus.

g ¶ Jn bigamis. Uere vel interp̄tatiue. vnde dicit̃ bigamus qui castitatē ꝓmissam violat. xxvij. q̄stio. j. quotquot. Jteȝ qui cōtraxit cum vidua vel corrupta. xxxiij. dist. maritū. ꝛ. j̃. eo. debitum. ꝛ. c. a nobis. Jtem qui vnā de facto: ꝛ alteraȝ de iure habuit diuersis tpībus. j̃. eo. nuper. Jtem qui sciēter cognouit vxoreȝ adulterā. xxxiiij. dist. si cuius. ꝛ. c. si laici. Jsti oēs bigami reputant̃ interpretatiue quātum ad legē ꝓmotionis. Quidā ṽo ꝓpter defectū sacramēti: vt mariti viduarū ꝛ corruptarū: ꝛ qui scienter cognouit vxorem adulterā. Alij ṽo nō ꝓpter defectū sacramēti: sed ꝓpter affectum intētionis cum opere subsecuto: vt. c. nuper. ꝛ. c. a nobis. Jtem ille vere dī bigamus qui diuersis tpībus successiue habuit vxores duas. xxvj. di. deinde. ꝛ. c. acutius. ꝛ isti non ꝓmouentur ꝓpter sacrī defectum: de quo dicetur. j̃. eo. debitum.

¶ Glo. sequens signat contrarium. de decret̃. lector. ponit quatuor opi. demum soluit.

h ¶ Dispēsare. Sed ꝯtra. xxxiij. dist. lector. ibi dispēsat̃ vt bigamus sbdiaconus fiat: sed ibi ostēdit. M. ꝙ liceat papę: aut alijs epis. s. dispensare cum bigamo vsq; ad subdiaconatum: ꝛ nō supra. qḋ non est cōtra Apl'm per hoc c. ꝓhibitio Apostoli est de diacono p̄sbytero ꝛ epo ꝛ nō de alijs: quia subdiaconat' nō erat adhuc sacer ordo. R. dixit ꝙ Marcellus papa retulit se ad statuȝ primitiue ecclesie: quo subdiaconat' nō erat sacer ordo. lx. di. nullus. Quidā dicebāt ꝙ epi olim poterāt dispensare cum bigamis in ordinibus maioribus hac rōne: qꝛ epi dispensant cum criminosis. j̃. de iudi. at si clerici. Et tamē Apl's ꝓhibuit criminosum ordinari. xxv. dist. §. nūc aūt. Nec tamen dicunt̃ facere ꝯtra Apl'm: ꝛ sic eadē rōne cum biga-

¶ No. stricte bigamu q habu duas vxores. An. de but.

Diuisio.

Bigamu gnq; mo dis qs d.

¶ No. c ordinatu etiaȝ ꝯtra mādatum Apli reci pit cara cterē ꝛ habitū ordi nis. An. de but.

Bigami an dispēsa tiue pos sint ꝓmo ueri.

mo quoꝝ opi. reprobat. j. e. nup. τ c. a nobis. h. dixit ꝙ epi dispēsare nō poterant cū bigamo vel viduarū mari to. ar. l. di. nō ꝯfidat. cuius opi. cōfirmat per illa. c. nup τ c. a nobis. Jo. voluit dicere ꝙ papa non posset. Qđ dicit R. τ. D. verissimū videt: q: lȝ dispenset cum criminosis: non tñ sequit ꝙ cuȝ bigamo. τ illa est rō q: criminosus post p actam penitentiā restitutus videt in pri stinū statū τ incipit esse qđ nō fuit. l. dis. sen. xȝ. τ. c. pōderet. τ c. dño sctō. Et iō cuȝ talibus dispensat: sȝ bigamus nō ꝓhibetur ꝓmoueri ꝓpter crimen. sed ꝓpter sacramēti defectū. j. e. debitū. τ. xxvj. disti. acutius. q: carnē suā diuisit in plures ab vnitate recedēdo. sȝ illud sacrm amplius restitui non pōt per aliquā satisfactionē. cum nō sit crimen. τ hoc cōsiderauit apostolus cuȝ dixit non bigamū. τ aliud cōsiderauit cū dixit: nō criminosum: q: in criminoso cōsiderauit indignitatē ꝑsone per crimen ēt quo purgato non ꝓhibuit dispensationeȝ. Sed ille defectus sacri non pōt purgari: nec baptismus tollit illaȝ irregularitatē. xxvj. di. acutius. ꝓpter qđ dī ꝙ papa nō possit dispēsare cū bigamo propter eandē rōnem: q: ꝓpter dispensationē pape nō restituit sacrm vnitatis cū nec posset tnā cū deus cetera possit: virginē tñ post ruinā suscitare non potest. xxxij. q. v. si paulus. τ idē dicit impator. C. de rap. virgi. l. vna. circa. pn. Jtē dispēsare non pōt cū monacho vt ꝓpriū habeat vel cōtinentiā abijciat. j. de sta. mona. cum ad monasteriū. multo minus videt dispēsare posse cum bigamo. Vñ opi. R. bona est: τ lȝ ipse. h. dubitet videtur tñ cōsentire ne videat diminui potētia pape: ꝙ possit dispensare cū bigamo. Tñ hoc qđ dī bigamus in quocūqȝ ordine ordinet recipit ordinē. ar. l. di. quicūqȝ penitens. per qđ ca. videt ꝙ cū bigamo dispensare possit. Sed illud tñ intelligitur de minoribus ordinibus.

ad sacros [a] ordines ꝓmoueri: vel in eis si ꝓmoti fuerint remanere. Jn ordiatore [b] aūt pōt dispēsatio adhiberi vt ordinādi ptāte τ offō nō ꝑuet.

Celestinus tertius.

Bigamus vxore viuente vel mortua nō ordina. C. iij.

De bigamis ꝑsbris [c] τ viduaꝝ maritis: idē sancimus oio vt nec viuētib⁹ vxorib⁹ nec defūctis [d] ad diuinoꝝ ꝯbeāt celebrationē admitti: maxīe cū a doctria sit apli: τ istitutiōibus ecclīe alienū.

Jnno. iij. ratispa. episcopo.

Qui mortua vxore ꝓmotus ad sacros cuȝ scđa de facto contraxit τ cognouit: bigamie penam incurrit lȝ non sit bigamus. Capitulum. iiij.

Nuper a nobis: τ infra. Tertius [e] articulus videbat habere nō modicuȝ qōnis: qm̄ cū in matrimonijs cōtrahendis [f] non iuris effectus [g] sed ai destinatio attēdat: vñ illū comitat īfamia: q duas [h] simul vxores hȝ: qđ partiȝ ad factū [i] ꝯuenit retorqueri: sicut ī canone legit de ꝑsbro qui non legalibus [k] nuptijs detinet: eadē cēsura tales [l] vident [m] inter bigamos reputandi. Licet obuiet ex aduerso: ꝙ opiniōi sit veri

a Sacros. Diaconatū τ presbyteratū qui duo tm̄ sacri fuerunt ꝑȝ antiqua tpa. lx. di. nullus. hodie idē est de subdiaconatu. s. de eta. τ q̄li. a multis. τ. s. de ser. nō or. miramur. vbi dī ꝙ eodē ꝓuilegio gaudet cum diacono.

b In ordinatore. Cū quo pōt dispēsari. per hoc pȝ ꝙ nō cū bigamo ordinato: vt remaneat in ordine vel vt ꝓmoueatur: q: quod de vno conceditur de altero denegat. xxv. di. qualis. τ. j. de presump. nomme. T

De bigamis. CASUS. De presbyteris bigamis τ viduarū maritis idē iuris est quātū ad promotionē: q: contra apostolum ordinari non debent.

c De bigamis ꝑsbris. De scō post bigamiā ordiatis.

d Nec defunctis. τ ita illud īpedimentū nō pōt purgari per mortē vxoris: q: non matrimonij vinculum sed irregularitas ꝯtracta ex carnis diuisione est impedimento. τ illa nō tollitur per mortē vel penitentiaȝ. xxvj. dist. vna. τ c. acutius. nec per baptismū: vt in. c. predicto.

Nuper a nobis. CASUS. Quidaȝ dum erant in laicali ordine cōstituti contraxerunt matrimonium postmodū mortuis vxoribus facti sunt clerici promoti sunt ad sacros ordines ꝯtraxerūt scđa mrimonia: querit vtrū cū talibus clericis q taliter cōtraxerūt possit dispensari aut in ordinibus suis remaneāt: vel ad superiores possint ꝓmoueri: τ pzio oñdit: ꝙ tales bigami sunt iudicādi. Jn mrimonijs enī ꝯtrahendis nō attēdit iuris effectus sȝ animi destinatio: vñ q duas hȝ vxores infamia notat ꝙ partim ad factū cōuenit retorquere: sicut legit de ꝑsbytero q ꝯtraxit mrimoniū qui ꝓpter hoc nō legalib⁹ nuptijs dicit detineri qđ ad factū refertur nō ad ius eadem rōne tales de qbus quesitū est debēt inter bigamos reputari. Jn cōtrariū vī ꝙ nō sint bigami reputādi cuȝ opinioni sit veritas preferēda. si dicamus istos bigamos. ꝑm hoc sequtur ꝙ ille qui nullā habuit vxorē esset bigamus reputādus: sed siqs de facto cōtraheret cū diuersis cū qbus de iure nō posset ꝯtrahere. rñdet papa ꝙ cū hmōi clericis tanq̄ cū bigamis dispēsare nō pōt: lȝ in veritate bigami nō existant non ꝓp sacri defectū: sed ꝓp affectū intentiōis cū opere subsecuto q: quātū in ipsis fuit ꝑm mrimoniū ꝯtraxerūt. Nota ꝙ opinio veritati ꝑfertur. Jtē voluntas sine effectu punit q: processit ad factum. Jtem reputatur bigamus qui bigamus non est quo ad promotionem. Jtem infamis dicitur qui simul duas habet vxores.

Nuper a nobis. Primo ad casum ꝓpositum allegat pro vna parte. Scđo pro cōtraria. Tertio soluit. Secunda ibi [lȝ.] Tertia ibi [nos autem.] Jo. an.

e Tertius. Alij duo soluunt. j. de sen. excō. nuper.

f Matrimonijs ꝯtrahendis. Jllicitis τ prohibitis. Glo. seq. alle. concor. quibus quādoqȝ plus affectus consideratur quandoqȝ plus factum.

g Juris effectus. Vt. C. de adul. eū qui. vbi sunt hec verba. si enī aliqs ꝯtrahat nuptias cū ea cū qua nō pōt de iure ꝯhere īfamis est: lȝ nuptie nō habeāt effectū. ff. de his q no. īfa. qd ergo. §. iij. qñqȝ magis ꝯsiderat effectus q̄ affectus vel q̄ factū ipm. de penitē. dist. j. §. hec aūt verba. q: vba ipa sunt cū effectu acciplēda. j. de cle. nō resi. relatū. ff. de ꝯdi. τ demō. hec ꝯditio. τ. j. de spōsa. c. vlt. Qñqȝ magis ꝯsiderat factū q̄ ius. j. de ꝯces. ꝑbē. literas. τ. c. cū nris. qñqȝ consideraf plus iuris effectus. ff. de cōdi. insti. mulier. §. j. j. de sponsa. iuuenis.

h Duas simul vxores habet. C. de adulte. eum qui.

i Ad factum. Quasi diceret de facto contraxit cum secunda: q: iure non potuit. Duas enim vxores simul habere non licuit nisi cui ex reuelatione diuina concessum fuit. j. de diuor. gaudemus.

k Non legalibus nuptijs. xxiij. di. presbyterum.

l Tales. Clerici scȝ de quibus primo quesitum est. Glo. seq. alle. vij. concor. τ sex contraria τ soluit.

m Vident inter bigamos. Hic colligē ꝙ opinio prefert veritati. si. j. de spon. iuuenis. τ. iij. q. vij. §. tria. ver. verūtñ si seruus. τ. C. de testa. l. j. τ. xxij. q. ij. hoies. ff. ad macc. l. iij. j. de offi. dele. coram. τ. j. de iurepa. consulta-

Con .ter. in im qui s τ qđ not. ff. rsuca.

Con τ. l. ex eo de testi. l. q̄situȝ. ideȝ rñ. de fun. i. ruc.

No. ꝙ cessante cā efficiente non cessat effectus iā ī pressus. No. literā ibi tā q̄ q: aliđ ē eē bigamū: aliud hēri tanq̄ bigam⁹: τ sic aliđ est quē esse et ueȝ aliud queȝ hēri pro cine. An. đ bu.

tionibus. ⁊ .§. de elec. querela. Sed contra. viij. di. verita te. lxxxj. di. quicunq3. ⁊ .j. qui fi. sint legi. ꝑ tuas. C. plus va. qđ agi. l. j. ij. ⁊ . iij. Solu. verū est ꝙ veritas prefertur opinioni: alia casualia sunt vt .s. opinioni potius stetur q̃3 veritati vt in fauorem contrahentiū ⁊ odiū decipien tiu3. ff. ad mace. l. iij.

Ueritas opiniōi ꝓ fert: nisi i certis casi bus.

vel in fauorē prolis. j. qui fi. sint legi. l. cū inter. J. vel i fauore3 testamentorū. C. de testa. l. j. vel sniaru3. iij. q. vij. §. tria. ꝟ. re- runtii si seruus. Uñ versus. Testaméta: fauor: odium: senten tia: proles. Ex istis causis prefertur opi- nio veris.

Uersus.

a ℭ Quātū in ipsis fuit. l maleficijs eni volantas non exitus spectat. argumen. xlix. di. c. vlti. ⁊ . ff. ad l. cor. de sic. diuus. C. de ser. cor. si qs ꝑuo.

† ℭ Con cor. l. si in emptionē ff. d mino. ⁊ . l. si equo ff. de leg. j.

b ℭ Tanq̃3. Hoc tā q̃3 nō est expressiuū veritatis sed simili- tudinarium iuxta il- lud existis tanq̃3 ad latronem ⁊c.

c ℭ Cum bigamis. No. ar. ꝓpter simili- tudine3 facti aliquē numerari inter eos de quoꝝ numero ipse non est. xxvij. qō. j. quotquot. ⁊ . l. di. si il le. ff. man. l. vlt. in fi.

ℭ Glo. se. signat cō trarium ⁊ sol.

tas preferēda: ⁊ ꝙ iuxta pre- missa: qui nullā vxorē habuit foret bigamus reputandus. qđ contingeret si qs de facto cōtraheret cū diuersis qbus de iure non posset matrimo nialiter copulari. ℭ Nos au tē in hac qōne. t. rñ. ꝙ cū hu iusmodi clericis q quantū in ipsis [a] fuit scdas mulieres si bi mrimonialiter cōiunxerūt tanq̃3 [b] cū bigamis [c] nō liceat dispensari [d]: l3 in veritate bi gami nō existant: non ꝓpter sacri defectū [e]: s3 pp affectūt intentiōis cū ope subsecuto.

Idem meth. episcopo.

ℭ Qui ꝯtraxit cu virgine l3 prius ab alio fuerit desposa- ta: bigamus nō cēset. Cap. v.

f ¶ Secũdum q' canones. Dicunt canones q' epĩ causas synodales inquirere debẽt. ꝛ testes maturiores in parochia cõstituere: vt causam synodalem ad episcopũ deferant. xxxv. q̃stio. vj. epũs in synodo. Ad epos enim pertinet inquirere de huiusmodi criminibus eccl'iasticis: de adulterijs: de cõsanguinitate inter virum ꝛ vxo. vt. xxxv. qõ. vj. epũs in synodo. ꝛ. c. ab isto die. ꝛ duobus. c. sequen. Item de heresi. j̃. de here. excõmunicamus. §. adijcimus. Item crimen vsuraꝝ: sacrilegij: simonie: ꝛ cõsimilia proprie spectant ad eccl'iasticuz iudicem: ꝛ de his principalibus inquirere debent epĩ ꝛ punire: ꝛ etiam de quocũq' mortali peccato. j̃. de iudi. nouit. Itez ex eo qđ dicit hic: inquirere: vlcisci: ꝛ punire ſm q' canones censent. est ar. q' iudex debet iudicare ſm allegata. Et ſm canones ꝛ leges: non ſm cõsciẽtiam: vt expresse dicitur. xj. q. iij. summopere. ꝛ. iij. q. vij. iudicet. ꝛ. vj. qõ. ij. si tm̃. ꝛ. c. placuit. et j̃. eo. c. primo. ꝛ. C. de iudi. rem non nouã. ꝛ in auc. de iudi. §. quia vero. collat. vj. ꝛ in auc. de defen. ciui. §. iuiurandum. col. iij. ꝛ. ff. de offi. presi. illicitas. §. j. arg. ɔtra. q' potest iudicare ſm q' putat. ff. quis ꝛ a quo appel. sit. l. appellari. ꝛ. ff. de arbi. qualẽ. ꝛ xj. q. iij. tũc vera est. ꝛ argu. viij. di. qui ɔtempta veritate. In hoc casu qñ iudex aliud habet in ɔsciẽtia: ꝛ aliter ɔstat per ꝓbationes legitimas: dicũt quidaz q' debet aliij cãm delegare. ff. de iur. om. iudi. p̃tor. Alij dicũt ꝛ melius: q' lz iudex aliquid habeat in ɔsciẽtia sua q̃ ɔstet per allegata debet iudicare ſm q' facta est fides sibi in iudicio per iura primo dicta: ꝛ non dz sequi ɔsciẽtiaz: q2 nõ scit illa tanq̃ iudex: sed tanq̃ deus. j̃. c. pxi. ꝛ. vj. q. ij. si tm̃. ꝛ. c. placuit. nec peccat: nec dz facere ɔtra sciẽtiam: ꝛ ita nec in cõdẽnando: nec absoluendo sequat' ɔsciẽtiam. Et q' ita sit ꝓcedẽdum patet. naz dominus oĩa sciebat. Et tamen nullum voluit condẽnare: nisi ꝓbationibus cõuinceretur. ij. q. j. deus oĩpotens. Aduerte tñ q' qui ɔtra ɔsciẽtiam iudicat punitur ſm tenorez cõstitutionis Inno. iiij. j̃. de re iudi. cum eterni. lib. vj.

g ¶ Publicum. s. iudicium seculare. sic. xxiij. qõ. v. princeps. ꝛ. lxxxvj. dist. cum ad verum ventum est vtraq' potestas per alteram adiuuatur: vt ibi dicitur. ꝛ. j̃. eo. qm̃. ꝛ posset compelli ad hoc. j̃. de maledic. c. ij.

¶ Glo. seq. arg. signat contrarium ꝛ remittit.

riter tñ appellamus synodum epoꝝ ꝛ cõcilium ipsi' pape: de q̃ vid' bonũ tex. in. c. j. xv. dis. vbi ponit' etymologia istorũ nominum. Abbas.

† ¶ Con co. l. ꝓsiciscũ no. ff. de iur. o. iud.

Iudex an debeat iudicare ſm allegata.

a ¶ Preiudicandum. Quia per hoc nō acquirit ius in preiudicium ecclie: vt sua auctē posset in posterum attētare: nisi de mādato ecclie: immo tenet auxilium prestare ecclie et posset compelli ad hoc. xvj. q. v. administratores. et j. de maledic. c. ij. et est ar. q̄ ptestatio necīa est qn aliquis aduocant ad ea in qui bus ius nō hñt. xvj. questi. j. pōtifices. et xxiij. dist. pr̄sbyteri. Arg. ɔtra. s. de elec. cū Vintoñ. ibi. sol.

uocent auxiliū non ad preiudicandū[a]: sed potius ad ea que deo sunt placita prosequendum.

Eugenius papa.

¶ Ordinarius qui scit: nō vt iudex / vel hō: sꝫ vt deus subditū eē criminis reū indeterminate poterit: sꝫ nō noīatim eū arguere vel punire. Caplm. ij.

Si sacerdos sciat pro certo[b] aliquē esse reū alicuius criminis: vel si cōfessus fuerit et emēdare noluerit: nisi iudiciario ordine quis pbare possit. ¶ Nō dꝫ eum arguere noīatim[c]: sed indeterminate. ¶ Sicut dixit christus. Unus vestrum me traditurus est. ¶ Sed si ille cui dānū illatū est petierit iustitiā: pōt excōicare auctorē dāni: lꝫ etiā ei cōfessus[d] sit: sed tñ nō noīatim[e]

Si sacerdos. ¶ CASUS. Sacerdos scit aliquem reum alicuius criminis: vel ipse criminosus ei cōfessus fuit: dī q̄ si ille admonit⁹ fuerit satisfacere: sacerdos nō dꝫ eum nominatim arguere: nisi ordine iudiciario crimen fuerit ei pbatum: sed in genere admoneat illum exēplo dñi: qui dixit. Unus vestrū me traditurus est: sꝫ ille qui dānum sustinuit petat iustitiā: sacerdos pōt excōicare illū qui dānum dedit: hoc modo excōico qcūqꝫ fecerit tale factuꝫ: sed noīe pprio dꝫ eum excōicare: q̄uis ei ɔfessus fuerit: q: non vt iudex illud scit: sed vt deus: et dꝫ illuꝫ admonere ne ingerat se cōioni ipsius sacerdotis: q: nec Christus iudaꝫ remouit. ¶ Nota q̄ iudex non dꝫ iudicare ſm ɔsciam: sed ſm ea que pbant. Item in genere pōt aliquis excōicari.

Mat. 16. Mar. 14. Luce. 22. Joā. 13.

¶ Si sacerdos. ¶ Diuidi pōt in duas ptes pncipales: sicut sunt duo dicta. Scdm ibi [Sꝫ si ille.] Prima subdiuidit. Primo ponit thema ex quo qstio. Scdo decisio ibi [Nō debet.] Tertio ratio ibi [Sicut dixit.] Ant. de but.

b ¶ Pro certo. Quia forte vidit eum delinquētē: vel q̄ ipse idem ei ɔfessus fuit. xxij. q. v. hoc videtur.

¶ Glo. sequens ponit Brocar. inducit quattuor iura pro et quattuor contra. et soluit.

c ¶ Noīatim. Arg. est hic q̄ aliquid lꝫ in genere qd in specie nō licet. ſi. e. viij. q. j. quid sūt. ff. de ɔditionibus. l. j. §. qui ɔdicioneꝫ. arg. s. de offi. deleg. qm abbas. ff. de peni. l. mo rio. §. sunt autem. ad fineꝫ. arg. cōtra. xxiij. dist. quādo. ff. siquis cau. fec. et siquis. §. quesituꝫ. et j. de appel. inter cetera. et C. de iure deꝫ. impe. l. j. Sol. qd licitū est in genere: lꝫ in specie: et ecōuerso: nisi descēsus ad spālia / vel generalitas occasioneꝫ mali inducat: vt patet per exēpla in prima rubrica. et C. que res pigno. ob. pos. l. j. sed et singula exēpla: tam de prima regula q̄ secūda sunꝫ casum obtinent: vt patet in quacūqꝫ cōcordan.

d ¶ Cōfessus. Lꝫ enim cōfessus sit in penitentia: nunq̄ tamē excōmunicabit eum: ipsum exprimēdo: q: sic proderet peccatoreꝫ qd esse non debet. de peni. dist. vj. placuit. et j. de peni. et remis. omnis vtriusqꝫ.

e ¶ Noīatim. i. pprio noīe expresso non debet eum arguere vel excōicare: sed in genere sic dicēdo: quicūqꝫ fecit tale factuꝫ sit excōicatus: et perinde habet ac si pprio noīe expresso esset excōicatus: quātuꝫ ad deū: sed quātuꝫ ad ecclīam nō: q: non vitabit ab ecclia. et est simile. xj. q.

¶ No. et ca. si sacerdos: tres sciās quas pōt qs in eodeꝫ scō hīe. nā pt hīe vnā vt hō: qa videt: scđā vt de⁹: q: ille fuit sibi cōfessus i peni tentia. tertiam vt iuder: q: ordine iudiciario factū est sibi pbatū. Abbas.

iij. excellentissimus. et insti. de exher. lib. §. masculos. et §. noīatim. et ff. de libe. et posthu. nominatim.

¶ Glo. seq. querit. al'e. pro et contra. et soluit.

f ¶ Remouere. Si. vj. q. ij. si tm̄. et c. placuit. Sed qd si eps dicat excōico vnū de illis qui tale factū fecerūt. Uꝫ q̄ nullus sit excōicat⁹: q: cū ex pl̄ibus seruis eiusdeꝫ noīs vnus liber eē iussus est: neuter liber erit ff. de manumis. test. cū pluribꝫ. de testa. tute. duo sunt titij: et noīatim quis est excōicandus. xxiij. q. ij. sane. argu. ɔtra. q̄ vterqꝫ sit excōicat⁹. ff. de adimē. lega. l. iij. §. si duobus. et ff. de re. du. qui duos. Vinc. Sed verū est q̄ neuter est excōicat⁹: q: sñia incerta est: et ideo rei iudicate auctē non ɔtinet: sicut sñia que certaꝫ quātitateꝫ nō ɔtinet nulla est. C. de sent. que sine cer. quāti. l. penul. et vlti.

pōt euꝫ remouere[f] a cōione: lꝫ sciat eū eē reuꝫ: q: nō vt iudex scit: sꝫ vt deus: sed dꝫ eum admonere[g] ne se ingerat: qa nec Chūs iudaꝫ a cōione remouit.

Alexā. iij. Floreñ. episcopo.

¶ Si ordinarius subiect⁹ epo pfert in sibi subiectuꝫ iustam cēsuram ecclīasticam: eps illā seruare debet: et illā sine satisfactione et ɔsciētia proferētis relaxare nō debet. Caplm. iij.

Cum ab ecclīarū prelatis ecclīastica[h] sñia in malefactores aliqs pmulgat rata dꝫ et firma consistere: et vsqꝫ ad dignā satisfactioēꝫ inuiolabiliter obseruari. ¶ Quapropter mādamus: quaten⁹ si qn plebanus sancti. P. in clericos vel laicos parochianos suos: interdicti / vel excōicatiōis sen

g ¶ Admonere. In secreto ne ingerat se cōioni sue. si. e. j. de sen. excō. cū nō ab hoīe. j. rñ. Sꝫ publice nō dꝫ eum remouere: sicut nec Chūs iudā remouit: imo ei eucharistiā dedit. de ɔse. di. ij. c. cum omne. c. si illud. et cum alijs ad pdicādum misit. j. q. j. sicut Christus.

Cum ab ecclīarum. ¶ CASUS. Plebanus sancti Pancratij aliqn excōicabat aliquos pro excessib⁹ suis: eps Florētinus absoluebat eos irregsito dicto plebano: peruenit hoc ad dñm papā. Papa super hoc rescribit epo Florētino dicēs: q̄ quādo plati ecclīarum pferūt sñiam ecclīasticaꝫ in aliquos malefactores illa debet firma et rata ɔsistere et obseruari vsqꝫ ad debitā satisfactioneꝫ. Unde mādat papa epo Floreñ. quatenus si pdictus plebanus sñiam excōicationis vel interdicti in aliquos parrochianos suos: tulerit ipam faciat inuiolabilr obseruari: nec eam relaxet sine cōsciētia dicti plebani. ¶ Nota q̄ plebani habēt iurisditionem excōmunicandi. Item eps debet seruare sentētias subditoꝝ suoꝝ.

¶ Cum ab ecclia. ¶ Primo ponitur exordiū. Ex quo scdo infert mādatuꝫ. ibi [Quapropter.] Abb. sicu.

¶ Glo. sequēs recitetur per. q. an prelati inferiores episcopo etc. arg. ponit opi. et soluit.

h ¶ Ecclīastica sñia. Sic ergo prelati isti possunt excōmunicare. xvj. q. j. alia est. et sic sunt iudices ordinarij. ar. j. de exces. prela. ad hoc. et habēt curā animarū. s. de elec. cum in cūctis. §. inferiora. Sic et abbas pōt excōmunicare. et habet iurisditionē. j. de simo. sicut. s. de offi. dele. P. et G. et j. de foro cōpetē. significasti. Et hoc oēs cōcedunt: nisi ɔsuetudo faceret cōtra tales: sed anathematizare nō possunt: vt dicunt quidaꝫ. xvj. q. ij. visis. et xxiij. q. iij. corripiātur. Et tn dicas: q̄ non possunt anathematizare sine excōmunicare: cum illa etiaꝫ solēnitate de qua tradit. xj. q. iij. debent. et de illa excōmunicatione intelliguntur predicta capla. xvj. questio. ij. visis. et xxiij. q. iij. corripiant. et q̄ hoc facere possunt isti iferiores plati: habes. j. de co

Prelati inferiores / an possint excōicare

¶ No. q̄ appellatione sñie cēsure ɔprehēdit sñia excōicationis interdicti adde et suspēsionis vt i. c. qr ti. de hbc sig. Abb.

qui hr.or.ac.ca.j.⁊ q: hoc non est ordinis sed potius iurisdictionis.s.de electione trāsmissaȝ:⁊ illud generaliter traditur qđ quilibet plat9 collegiate eccl'ie lȝ subsit epo est tñ iudex ordinarius in plebe sua:⁊ hȝ iurisdictionem cognoscendi ⁊ excōicandi:vt hic dicit:⁊ in auc.de defen. ciui.§.ij.col.iiij.⁊.xv. q.iiij.c.j.⁊.j.de iud. decernimus:⁊ ar. C. de iurisf.om.iu.l.vlt. ⁊ illud dico prelatum hoc facere posse.⁊ tale iurisdictionē hēre qui est electus a collegio sine vniuersitate.s.de elec.capit.j. ⁊.reij.di.legimus:⁊ idē intelligo si preficiatur collegio vel vniuersitati ab eo q hȝ administrationē cuȝ iurisdictiōe puta epo.

a ¶ Rōnabil'r. Qđ semp p̄sumit donec pbet̄ cōtrariū. ar.s. de renū.i pñtia. ⁊.j. de re iu.sicut ⁊ seruādā e a subditis:sine sit iusta sine si.xj.q.iij.snia pastoris.
¶ Glo.sequens querit ⁊ soluit.

b ¶ Non relaxes. Sed pone q eps relaxet talē sniam plebano irrequisito nec aliqua satisfactione premissa nūquid tenet absolutio. Utiqȝ cū sit superior ⁊ ordinarius sue diocesis.xj.q.j.de persona.sed malefacit:immo ⁊ si subditus conqueratur epo:debet illum remittere ad suū excōicatorem ab'soluendū.j.e.ad reprimendam.ſm tenorem illius dec.nisi periculū esset in mora.j.de sen.excō. sacro.⁊ tunc recepto primo iuramento ſm formaȝ ecclesie vt traditur in decre.sacro.

tentiā rōnabil'r [a] tulerit: ipaȝ facias iuiolabil'r obseruari ⁊ eam sine cōgrua satisfactione: ⁊ absqȝ eiusdem plebani conscientia non relaxes [b].

Idem cant. archiepiscopo ⁊ eius suffraganeis.

¶ Si ordinatio vacantis ecclesie etiā patronate ex iusta cā differt: est ibi p epm economus ponendus. Cap.iiij.

Cum vos plerūqȝ oporteat ordinationē eccl'iarū differre: p eo q qñqȝ personę [c] vobis minus idoneę [d] p̄sentant̄:aut īter vos ⁊ pñtatores alia de cā radix dissentiōis emerserit: ⁊ ifra ¶ Fraternitati.v.mādamus quatenus si qñ in vacantibus ecclesijs in qbus eccl'iastica persona pñtationem non hȝ vel q: psone minus idonee pñtant̄: vel alia de causa [e] de iure psonas nō potueritis in eis instituere.app.re.ponatis economos [f] qui debeāt fructus pcipere: ⁊ eos aut in eccl'iaȝ vtilitatem expendere aut futuris [g] psonis fidelit̄ reseruare.

Cum vos. ¶ CASUS. Patroni ecclesiaȝ cantuariēn.pui'cie pñtabant ad vacātes ecclesias personas minus idoneas:ppter qđ ordinatio ecclesiaȝ differebat̄:vel etiā īter presentatores ⁊ prelatos alia discordia emergebat quesitū fuit a papa qđ super hoc istis platis esset faciendū. Mandat papa quatenus si aliqñ in vacātibus ecclesijs in qbus ecclesiastica psona presentationē non habet:vel q: minus idonei presentant̄ vel alia de cā non pñt psonas ordinare.ponāt in eccl'ijs economos: qui debeāt recipere fructus ⁊ eos expēdere in vtilitateȝ eccl'iaȝ vl' pseruare q̄usqȝ psone idonee ibi fuerīt īstitute.
¶ Cū vos. ¶ Cōis diuisio.scđa ibi[fraternitati.] Ab.

c ¶ Persone. Hoc ideo dicit q: psona ecclesiastica facilius cogitur puta per suspensionem vel subtractionē beneficij.lxxiiij.di.consuluit.vt sic fiant concordes.
¶ Gl.se.reci.p.q.an pṙonus ⁊c.soluit q nō:rōnē inducēs quā fortificat. In fi.ponit ꝯrā opi.quam; reprobat.

d ¶ Minus idonee. Sic pȝ q pṙonus laicus lȝ pñtet indignum nō est priuatus nec priuandus ptāte presentādi:sed in collegio seu ecclesiastica psona aliud est q: si collegium eligat vel presentet indignū est ipso iure priuatus.s.de elec.cū in cunctis. Idē credo de clerico patrono:q non parcit̄ ei si presentet indignum:īmo priuatus est eodē modo:vel saltē priuādus est sicut vides in alio articulo clericus pṙonus variare nō pōt:laicus pōt ante q̄ pñtatus sit ꝯfirmatus.j.de iurepa.cum aūt.⁊ hec pōt esse ratio quare laico pṙono danī tm̄ quatuor menses a tpe vacationis.j.de iurepa.cū pp.collegio vo sine clericis dantur sex mēses p illā cōstitutionē.j.de cōcef.pbē. nulla:q: laicus nō priuat̄ ptāte presentandi:lȝ indignuȝ presentet:clerici vo sic ⁊ vnde hic fit quedaȝ cōpensatio hinc inde quia laici grauant̄ in tempore ⁊ releuātur in alio:q: nō puniuntur:⁊ q: clerici puniuntur eligēdo vel presentādo indignū:releuantur in maiori tempore. ⁊ q: clerici magis debēt esse discreti ⁊ scire iura:ideo puniūtur si peccant in electionibus seu presentationibus ⁊ clerici pṙoni eodem iure vtunt̄ in presentādo quantū ad penaȝ si delinquāt.sicut clerici eligēdo.ar.pdic. c.cum autē. Quidaȝ tamē dicunt q ad sui periorē deuoluit̄ prouisio ecclesie cum laicus pṙonus p̄sentat indignum.in auc. de san.epi.§.si qs orato ri domū.col.ix.tñ iure nr̄o non cauetur hoc expresse. ⁊ iō stādum est canoni ⁊ nō legi. Ber.

e ¶ Causa. puta scādalum magnum.ar. j.de iurepa.c.j.⁊.ij. sed pro modico scandalo non dimittit episcopus ecclesiam ordinare.j.de iurepa.quoniam.vel quia de iurepa. vertitur questio inter episcopos ⁊ presentatores.

f ¶ Economos. Hic cōstituitur economus ad cōseruādum nō ad agendū.lxxxix.di.qm̄.quādoqȝ etiā ad agendum cōstituit̄.C.de epis.⁊ cle. ois.§.nihilominus. ⁊.j. de iura.calū.iperatorū.⁊.j.de capel.mona.dilectus.⁊.c. cōstitutus.⁊ hoc intellige cū de iurepa.questio est inter pṙonos ⁊ epm vel quādo pṙoni non cōcordant de presentanda psona:vel malū pñtant:cum debet episcopus statim ponere economum qui cōseruet bona ecclesie. Si questio est de iure pa.inter patrones vsqȝ ad quatuor menses expectabit episcopus illis elapsis ordinabit ecclesiaȝ saluo iure in posterū illi qui obtinebit.j. de iurepa. qm̄ in quibusdam.⁊.c.cū propter discordiam.⁊ ex hac litera notare debes q patronus se intromittere nō debet de rebus ecclesie:nisi quo ad defensionem.xvj.q.vij.decernimus.⁊.c.filijs. Sed eps vel alius prelatus ad quē pertinet institutio dȝ hēre custodiam illius ecclesie vacantis.

g ¶ Futuris personis. No.bona ecclesie cōseruanda in tempore successori.xij.q.ij.hic huius placiti.⁊.c. charitatem.⁊.lxxxv.di.quoniam quidam.⁊.x.q.ij.si quis episcopus.nisi sint talia que seruando seruari non possunt. C. de admi.tu.l.lex que tutores.in fi.⁊.ff.de peti.he.diuus. in fi.j.respon.⁊.x.q.j.si quis episcopus.

Ex parte. ¶ CASUS. Quidam subditi cantuariēsis archiepi excōicati fuerūt iusta de cā isti excōicati accesserunt ad papam supprimentes cās pro quibus fuerunt excōicati ⁊ al's pretēdentes absolutiōis beneficium meruerunt:querit̄ an sint habēdi p absolutis. Rñdet papa q si cōstiterit ita esse compellendi sunt ad aplicam sedē redire:cū lr̄is rei veritatē cōtinentibus: ⁊ si de hoc nō cōstiterit ⁊ suspecti fuerint cōpellendi sunt purgationē prestare q veritatē cōfessi fuerūt in absolutione sua impetrāda. ¶ Nota q excōmunicatus in obtinēda absolutione debet exprimere causaȝ pro qua fuit excōmunicatus al's non est habendus pro absoluto.
¶ Ex parte tua. ¶ Cōmunis diuisio. Secunda ibi[taliter respondemus]in qua subdistinguit.⁊ secūdū membrum ibi[si vo.] Abbas.
¶ Glo.sequens ar.ponit opi.quaȝ reprobat. demū querit ⁊ dupliciter soluit ⁊ solutioni signat contrarium.

Margin notes:

Nō. q vbi differt ius patronus ecclie:nec pṙior pt iuridice p̄uidere de rectore dȝ epi pōtest ponere economus. Abba.

¶ Con cor.l. ppe randuȝ.§. inauit. C. de iudi. et l. a diuo pio. ff. de re iudi.

¶ Con cor.l.cū q dā cū no. p Bar. ff. de leg.ij.

¶ Nota modū pcedēdi cōtra eos q dicunt se

obtinuisse dispēsatio nē sup irregularita te vel alia inhabilita te ꝛ dubi/ tat an ex/ pressert i īpetratiōe verā cām. Abbas.

Excōicat⁹ ꝑ plurib⁹ causis in absolutōe omnes ex primat.

a ℂ Redire. et eo ꝙ isti cōpellunt̄ redire ad curiam p3 ꝙ nō sunt absoluti q: talis absolutio per suppressionem veritatis obtēta nō ꝓdest. j. de sen. excō. cū ꝓ causa. ꝛ. c. officij. in fi. ꝛ litere sup hoc impetrate nō tenent. Quidā3 dicunt ꝙ si ꝓ pluribus criminibus vna tm̄ snīa aliquis sit excōicatus dū tamen aliqd eoꝝ exp̄ serit in absolutione: absolutus est si de alijs postea cōterat̄ ar. de con. di. iij. tūc valere. qd nō credo veru3 nisi de illo qd expresserit. Sed illa absolutio non ꝓdest cū adhuc sit ligatus ꝓ alio crimine: ꝛ ēt extra ecclesiam. j. de sen. excō. cu3 pro cā. sed tūc demum valebit absolutio cu3 ab alia excōicatiōe fuerit absolutus. Sicut si qs de vno pctō penitentia3 agat ꝛ non de alio: talis penitētia nō ꝓdest quo ad vitam eternam. nisi cū alterius criminis pnīam egerit. de pe. di. iij. c. vlti. in fi. S3 si pluribus sentētijs ligatus est: opꝫ vt a qualibet absoluat̄. ꝛ vltima confirmabit oēs ꝑcedētes: q: tūc incipient valere. ar. ff. ad treb. l. j. §. s3 ꝛ quoties. sicut dī de pe. di. iij. §. vlti. in fi. j. de pe. ꝛ re. ꝙ qdā. ꝛ. ff. de ser. rustī. pre. ꝑ fundū. ꝛ tot sunt necessarie absolutiones quot fuerūt excōicatiōes. sic. ff. de no. ope. nū. de pupillo. §. si in pluribus. ꝛ. ij q. q. §. si ꝑuaricatoꝛ ꝟo si. plura crimina. ꝛ talis semꝑ est vitādus quousq3 sit absolutus ab oībus: ꝛ etiā si eēt excōicatus a pluribus ꝛ oēs excōicatores cōmitterēt vices suas vni: ꝛ ille absoluatur ab oībus vna snīa expressa cuiuslibet excōicatiōis cā absolutus erit: ꝛ idem erit ac si singulariter absolueret̄ a qualibet. ꝛ est si mile de acceptilatione que capit plures obligatiōes. ff. de accepti. pluribus. sed imo nō videt̄ velle soluere hāc qōnem j. de sen. excō. officij. S3 querit̄ quare absolutus ꝓ falsa cā nō habet̄ pro absoluto: sicut ꝓ falsa cā excōicatus habet̄ pro excōicato saltem quo ad ecclīam: vt. xj. q. iij. c. j. ꝛ. ij. Rn̄. vtrobiq3 cōsulit̄ aīe: q: excōicatio ꝛ si sit iniusta nō est cōtemnēda ne ex ipso cōtemptu liget̄. xj. q. iij. §. cū ergo. in fi. ꝛ excōicatio est medicina aīe. j. de sen. excō. cū medicinalis. li. vj. si non cōtemnat̄. xxiij. q. iij. notandū. ꝛ potius ei obest q̄ iniuste excōicat q̄ꝫ excōicato si nō ꝯtēnit. xj. q. iij. illud. Alia ratio pōt assignari quare nō ꝓfit absolutio ex falsa cā: q: excōicat⁹ fuit pro certa cā ꝛ oīs res per quascūq3 cās nascit̄ per easdē d3 dissolui. j. de reg. iur. oīs res. sed de illa cā nulla est facta mētio: ꝛ ita illa remanet. ergo ꝛ eius effectus. ꝛ sic remanet excōicatio ꝑma. Preterea durante priore causa ex alia causa ex qua excōmunicatus non fuit absolui nō potuit: q: ab illo qd nil fuit absolui non potuit. ꝛ sic talis absolutio nulla. ab illa ꝟo non intendebat illum absoluere: ꝛ ab alia non potuit absolui. arg. s. de transla. inter corporalia. ꝛ. s. de offi. deleg. cum super. ꝛ. ff. de he. instī. quoties. ar. contra ꝙ absolutio ex falsa causa teneat.

Excōicat⁹ ꝑ falsa cā hꝫ p excōicato et tm̄ absolutus ꝑ falsa cā non hꝫ ꝑ absoluto.

Idem cant. archiepiscopo.

ℂ Si cōstat ordinario ꝙ absolutus a papa suppressit verā causa3 quare fuerat excōicatus d3 illum remittere ad papā. Si ꝟo sibi non cōstat: est tamen sibi vrgens suspitio contra eum debet cogere eum se purgare. Capitulum. v.

Ex parte tua: ꝛ infra. Quia nos ꝯsulere voluisti: vtꝝ illoꝝ absolutio teneat: q: occultatis excessibus ꝓ quibus excōicati fuerāt: absolutiōis beneficiū per se. apo. meruerunt sue excōicationis causa3 aliā pretendētes? ℂ Taliter r. ꝙ si ita tibi ꝯstiterit: debes eos ec. cen. cōpellere cu3 literis tuis rei veritatē ꝯtinentibus ad sede3 aplīcā redire [a]. ℂ Si ꝟo id tibi non cōstiterit: ꝛ eos suspecto3 habueris: ꝙ cōfessi non fuerint veritatē: ipsos ꝯpellere debes ex inde corā te: ꝙ veritatē cōfessi fuerint: purgationē [b] ꝑstare.

Celestinus tertius.

ℂ Si ex desidia vel malitia delegati pape quis perseuerat in pctō: ordinari⁹ loci potest supplere nō obstante ꝙ causa fuerit delegato cōmissa. h. d. ꝛ est casus notabilis ꝛ singularis. Capitulum sextū.

Significauit nobis. t. f. ꝙ qdā de parrochianis tuis: cū pro illicita cōsanguinitatis ꝛ affinitatis copula excōicatione notant̄ [c] ad iudices remotiores ab ap. se. literas īpetrant: p quas cū ab excōicatiōe fuerint absoluti: q: dicti delegati ad locū vbi teste3 ꝓduci valeāt nō accedūt: nec aliqs ꝓ eoꝝ receptione [d]

j. de consang. ꝛ affini. q: circa.

b ℂ Purgationē. ꝛ ita quos eps̄ hꝫ suspectos pōt expellere ad purgationē prestandam vt hic dicit: dūmodo publica laboꝛet infamia. j. de purg. cano. nos inter alios: ꝛ sint infamati apud bonos ꝛ graues. j. de purg. c. cum in iuuentute: ꝛ nō sit oꝛta ab inimicis. xj. q. iij. in cunctis.

Purgat qb⁹ est dicenda

Significauit. ℂ CASVS. Duobus modis pōt poni casus. primo sic aliq cōtraxerunt matrimoniu3 ꝛ publica fama erat ꝙ erāt cōsanguinei vel affines ꝛ scādalu3 nunciatū fuit hoc epō siue accusatū fuit matrimoniū. vn̄ eps̄ vocauit illos ipsi fuerūt contumaces nō venerūt: ꝓpter qd eps̄ illos excōicauit: ipsi appellauerūt: alij etiā per simplicē querela3 significauerūt dn̄o pape ꝙ ipsi non erant cōsanguinei aut affines ꝛ sic literas sup hoc obtinuerunt ad iudices delegatos iudices absoluerūt illos: ꝛc. pro vt sequitur: ꝛ cu3 isti fuerūt absoluti iudices delegati non accedunt ad locū vbi testes ad ꝓbandū consanguinitatē vel affinitate3 debent ꝓduci: nec aliquos ꝓ receptione testiū illuc transmittūt: ꝛ sic illi remanent in culpa in qua: ꝛ cā vlterius nō ꝓcedit. querebat̄ qd iuris esset. Rn̄det papa ꝙ dolus ꝛ fraus nō debet istis patrocinari ꝛ ꝓ malitia vel desidia iudicis delegati nō d3 quis remanere in copula coniunctionis inique: ꝛ ideo quoties ea que dicta sunt cōtingerit euenire: licite pōt ordinarius taliter absolutos in ꝑstinā excōicatiōis snīam reuocare: ꝛ tā diu taliter retinere ligatos quousq3 cā in testiū receptiōe ꝛ alijs legitimū incipiat hēre ꝓgressum. ℂ Nota ꝙ illicite cōiuncti excōmunicādi sunt vt ab inuicē discedāt. Itē ordinarius supplet malitiā seu desidiā iudicis delegati. Scdo ponit̄ sic: isti cōtraxerūt mr̄imoniū accusatū fuit matrimonium sup cōsanguinitate aut affinitate tandē lata fuit snīa diuoꝛtij: sed q: ab inuicem nō recedebāt fuerunt excōicati tandē significauerūt dn̄o pape ꝙ snīa lata est p falsos testes hoc ꝓbare volebāt. vn̄ papa causam cōmisit sup hoc iudices absoluerunt illos ꝛc. pvt sequit̄ in alio canone. ꝛ casus iste bonus est: q: snīa data ꝯtra matrimoniū non transit in rē iudicatā quin possit reuocari veritate reuelata quandocunq3.

ℂ Significauit. ℂ Propter pīculū aīe supplet ordinari⁹ desidiā vl̄ malitiā delegati. Cōis diuisi. ha ibi. cū itaq3. J c ℂ Notantur. Quia noluerunt parere sententie diuoꝛtij late ꝓpter consanguinitate3 vel affinitatem: sed si excōicati impetrarunt literas super reuocatione sententie que non transit in rem iudicatam quam dicebāt per falsos testes: vt habet̄. j. de re iudic. lateꝛ. ꝛ. c. cōsanguinei. ſm vnū casum. sed gl. intelligunt̄ ante snīam cū fuit appellatū. Scdm aliū casum fuerūt excōicati ante snīam.

d ℂ Pro eoꝝ receptione. Hoc intelligēdū est qn̄ testes

ad iudicē venire nō possunt: q2 sūt valitudinarij vel alio impedimēto detenti: vel etiā sunt in honore cōstituti. j. de test. si qui. al's cōpellendi sunt venire. C. de testi. si qñ. dūmodo non per longum iter. ff. de testi. l. iij. §. vlti.

a ℭ Effectum. vnde postulasti quid sit faciendum.

b ℭ Desidia iudicis delegati. ꝛ ita iudex ordinarius supplet desidiā delegati sicut delegatus supplet ordinarij. s. de offi. dele. prudentiā. §. sexta. ꝛ. j. de so. cōpe. l3. ꝛ. c. ex tenore. s3 qd dī h. s. ꝙ recidūt in iurisditionē3 ordinariā ex eo cōtingit ꝙ non ꝓsequunt appellationē suā3: ꝛ ne ꝓpter hoc remaneāt in incestuosa coniunctione.

ℭ Glo. seq. querit ꝛ soluit dupliciter.

c ℭ Reuocat. Post admonitionem ipsis delegatis factam: vt ꝓcedant ex ipsis cōiugatis vt cām suā3 ꝓsequantur: ꝛ si postea malitiose versa tur ne ꝓcedant tunc reducat illos ordinarius in p̄stinā excōicationis sniam. arg. s. de offi. dele. prudētiā. §. sexta. Sed quantū expectabit certe modicū tēpus dabit. īfra qd possit cōponere sarcinulas ꝛ se parare ad cām. ff. ex qbus cau. ma. in integ. resti. l. ab hostibus. §. sed que simpliciter vel hoc intellige ad arbitriū boni viri. l. iudicis. ff. de ver. oblig. continuus. §. cum ita.

d ℭ In receptione. p ꝓcuratorē. s. cū sint illi excōicati Ar. j. de iudi. intelleximus. Vel etiā per seipsos possunt cām incipere. q2 quodāmodo rei sunt: ꝛ reus bñ pōt stare in iudicio excōicatus. j. de excep. significauerunt. ꝛ. c. vlt. ꝛ ꝓseq appellationē suā ibi: s3 postq̄ inceperūt hr̄e delegati legitimū ꝓgressu3: vt hic dicit poterūt absolui. est. n. j. de v. sig. ex pte. vbi nō absoluit nisi qs p̄mo satisfacit: s3 h nō statim absoluit pp p̄mā suspitionē: al's regulare est ꝙ qlib3 p̄mo absoluat. j. de sen. exc. p tuas.

f ℭ Principū. Et si ibi in aliqua administrati dē, caperent idignū est eis ab ecclīa subuenīri: p quos ꝯstat scādalū in ecclīa generari. j. ne cle. vel mona. sacerdotibus.

g ℭ Inueneris. p inqsitionē. j. de symo. de regularibus vel euidentia rei. j. de coha. cle. ꝛ mu. c. vlti. ꝛ. c. vestra.

ℭ Hic dicit h ... eē sing. ... hoc ꝙ ... dinari9 ... pplet ne ... igētiam ... u mali ... ā delega ... qñ ex il ... nutrit ... eccatu3.

trāsmittūt in prenoīata nefarie cōiunctionis copula remanēt: ꝛ cā debitū nō sortit effectū [a]: ꝛ infra. Cū itaq3 ꝓ malitia vel desidia [b] iudicis delegati: non debeat qs ad remanendū in copula ꝯiunctionis inique suffragiū inuenire: tale damus. t. f. rñsum: ꝙ quoties ea que prediximus in tua dio. euenire contigerit: licite potes taliter absolutos in p̄stinā excōicationis sniam reuocare [c] † ipsosq3 tādiu eadē snia tenere ligatos donec cā in receptiōe [d] testiū ꝛ i alijs legitimū incipiat hr̄e ꝓgressu3.

Inn. iij. ausitano archiepo.

ℭ Ordinarius supplet negligētiā abbatis nō reuocantis monachū vagabūdū. Ca. vij.

Quanto deuotio religiosorū: ꝛ infra. Ad audientiā nostrā noueritis ꝑuenisse ꝙ monachi canonici ꝛ alij regulares tue ꝓuincie cū deberēt potius in claustro [e] iuxta regularia ꝯstituta diuinis obsequijs vigilare: de obedientijs ꝛ redditibus quorū curā gesserunt: pecunia cōgregata claustru3 abhorrētes per curias principū [f] ꝛ potentū discurrere nō verent: † ꝛ infra.

ℭ Mādamus q̄tenus quosq3 tales inueneris [g] nisi ad cōmonitionē tuā resipuerint: vt ꝓpriū [h] in manibus p̄latorū suoꝝ sine difficultate resignent conuertendū in vtilitatem domus s̄m abbatis [i] cōsiliū: ꝛ regularē vitam obseruēt: si p̄lati [k] eoꝝ post tuā cōmonitionē id exeq negligenter omiserint p suspēsionē officij [l] ꝛ bñficij ap. re. ꝯpellas.

h ℭ Propriu3. Qd nisi in morte resignauerit: in signū perditiōis in sterquilinio cū eo subterret. j. de sta. reg. monachi. et c. cū ad monasteriū.

i ℭ Abbatis. xviij. q. ij. abbates. No. ꝙ vt testat. Inn. debet eē in textu. s̄m arbitriū tui ꝯsiliū. vbi est s̄m abbatis cōsiliu3.

ℭ Glo. seq. notat alle. ij. iura. ponit opi. Hug. quā reprobat.

k ℭ Si p̄lati. Sic p3 ꝙ coertio ꝛ correctio monachi primo loco spectat ad abbatē. j. de ap. reprehēsibilis. in fi. ꝛ. xxiij. q. iij. corripiant. Hug. dicit ꝙ si agat in figura iudicij sol9 eps cognoscere d3 de ei9 cā secus si agat s̄m regulā claustralem. xj. q. j. de psona. C. d pa. pote. l. iij. ꝛ. C. de emēda. ꝓpin. l. vna.

debēt currere p curias p̄ncipu3: ꝛ sine snia sapiētis sūt excōicati: de q̄ dicit hī i cle. ne in agro. §. q2 ꝑo de sta. regu. Ab. Additio.

† ℭ Concor. l. deo nobis. C. de epi. cle. ꝛ. l. si cōis seru9 ꝛ ibi Bar. ff. de sti. ser.

Mōachi correctio ad quem spectat.

Sed ꝓbabilius videt dicēdū ꝙ p̄latus ecclīe collegiate h3 iurisditionē: vt. xvj. q. v. c. j. vt dictū est. s. eo. cū ab ecclesiaꝝ. ꝛ qd abbas siue prior possit excōicare monachos suos est exp̄ssum. j. de ma. ꝛ obe. cum in ecclesijs. ꝛ. j. de symo. sicut. In oībus his potissime cōsiderāda est ꝯsuetudo cuiuscūq3 ecclesie que dat iurisditionē. ix. q. iij. conquestus. C. de emā. l. j. ꝛ vlti. hodie reuocatio taliū ptinet p̄mo loco p̄sidētibus capitulis abbatū ꝛ prioꝝ. j. de regu. c. vlt. ꝛ ibi adijcit pena. s. excōmunicationis.

l ℭ Officij. Sic. s. de eta. ꝛ q̄li. q̄ris. ꝛ. l. xxiij. di. ꝯsuluit.

Quanto. ℭ CASVS. Quidā monachi ꝛ alij regulares cū deberēt in claustro diuinis obsequijs inuigilare de redditibus ecclesie quarū curā gesserunt cōgregant pecuniā ꝛ postea per curias p̄ncipū discurrere nō verent: factū istoꝝ ꝑuenit ad notitiā dñi pape. vñ mandat archiepō diocesis ipsoꝝ quatenus moneat p̄latos p̄dictoꝝ regulariū: vt ipsi corrigant illos ꝛ reuocēt ad claustrū ꝓpriū: ꝛ si hoc negligēter obmiserint: tunc archieps moneat illos vt ꝓpriū si qd hñt resignēt in manibus prelatoꝝ suoꝝ ꝛ vitā regularē obseruent ꝙ si non fecerint cōpellat eos ad hec per suspensionē officij ꝛ beneficij appellatione remota. ℭ Nota ꝙ correctio regulariū primo ptinet ad p̄latos ipsoꝝ: ꝛ si prelati sunt negligentes tunc epi eos corrigant s̄m ꝙ hic dicitur.

Diuisio. ℭ No. ex tex. c. quāto ꝙ regulares non

ℭ Quanto deuotio. ℭ Cōmunis diuisio. Secunda ibi [mandamus.] Abb.

e ℭ In claustro. xvj. q. j. si cupis. ꝛ sine quo viuere non potest. xvj. q. j. placuit.

Ad reprimēdā. ℭ CASVS. Eps lexoū. in quosdā subditos suos tulerat snias excōicatōis aut suspēsiōis archieps rothomag. ꝛ alij suffraganei eius nō seruabāt snias illas: ꝑuenit hoc ad papā. vñ scribit archiepō ꝛ eius suffraganeis dicēs ꝙ pp malitiā ꝑuersoꝝ certe pene statute sūt: ꝛ iō sicut volūt suas snias ab alijs obseruari ita debēt et s̄uare snias alioꝝ: q̄re mādat eis q̄l'r snias quas lexoū. eps tulerit canonice in subditos suos obseruēt ꝛ faciāt a suis subditis obseruari: tādē loqt archiepo dicēs ꝙ snia excōicatiōis nō suspēdit p appellationē: ꝛ iō si qs excōicatus ab epo lexoū. eidem archiepo ꝯquestus fuerit de iniusta excōicatiōe remittat illū ad epm absoluēdū s̄m formā ecclīe: ꝛ si ille eū absoluere noluerit archieps illū absoluat p̄us recepta iuratoria cautōe ꝛ p̄cipiat ei sub debito iuramēti ꝙ satisfaciat eidē epo sup eo ꝓ quo fuit excōicatus: nisi ꝯstiterit: ꝙ iniuste fuerit excōicatus ꝙ si nō fecerit in eādem sniā3 reducat eundē. ℭ Nota ꝙ sniam epi alij coepi seruare tenent. Itē qd tibi vis fieri alteri facere debes. Itē snia excōicatiōis nō suspendit per appellationē. Itē si aliqs ꝯqueritur archiepo de iniusta excōicatiōe nō d3 statim absoluere nisi excōicatores hoc noluerint adimplere.

Idē rotho. archiepō ⁊ eius suffraganeis.

¶ Ab vno epō excōicatus: ab alijs est vitandus. Et archieps per querelam aditus non absoluet: nisi primo remittat. Capitulum octauum.

Ad reprimēdā malitia[a] puersoꝝ pene certe sūt in canonibus[b] ꝯstitute: q̄s sicut latas a vobis īterdū ī subditos vultis iuiolabiliter obseruari: ita latas ab alijs[c] debetis iuiolabiliter obseruare. ¶ Ideoq3 mādamus q̄tenus snias q̄s lexoñ. eps duxerit in subditos suos canonice ꝓmulgādas: ⁊ vos ipsi[d] seruetis: ⁊ a vr̄is subditis faciatis inuiolabiliter obseruari. Tu vo frater archiepe: cū excōicationis snia per appellationis nō suspendat[e] obiectū: si q̄s excōicatus ab ipsa de iniusta tibi fuerit excōicatiōe cōquest⁹[f]: ad ipm: ei q̄si coepo deferens absoluēdū ꝑm ecclesie formā remittas qui si noluerit ipsum absoluere: tu recepta iuratoria cautiōe: absolutiōis munus ei poteris exhibere: ita tñ q̄ nisi legitime tibi cōstiterit eū ꝯtra iustitiā excōicatū fuisse[g] ex debito sibi iuramēto p̄cipias vt sup eo de quo fuerit excōicatione inodatus: eidē epō satisfaciat cōpetēter. Q̄d si facere cōtēpserit eū in excōicatiōis sniaz ap. re. reducere non omittas.

Idem turonēsi archiepō.

¶ De causis subditoꝝ archiepoꝝ ⁊ epoꝝ suoꝝ patriarcha nō cognoscit: nisi per appellationem legitimā: aut vigore consuetudinis: seu priuilegij. Capitulum nonum.

Duo simul: et infra. ¶ Cō. t. t. r. q̄ cū sit in canonibus[h] diffinitū p̄mates vel patriarchas[i] nihil iuris p̄ceteris habere nisi quantū

¶ Ad repmēdā. ¶ Duo facit. p̄mo p̄mittit gn̄ale exordiū. Ex quo postea īfert spāle mādatū ibi. [Ideoq3.] Ab.

a ¶ Malitiā. Sic. di. iiij. facte sūt. nā p leges nemo bn̄ facere cogit. s3 male agere ꝓhibet. xxiij. q. v. ad finē. vt boni īter malos viuāt qete. xxiij. q. v. nō frustra † ⁊ hoc solū bene agit: vt vita hoīum corrigatur xxiij. q. v. prodest.

¶ Glo. seq. ponit. x. species penarum.

b ¶ In canonibus. Varie sunt pene in canonibus ꝯstitute. Quedā inducunt degradationem ⁊ curie seculari traditionē. j. de fal. ad falsarioꝝ. Quedā degradationē ⁊ detrusionē ī monasterio: vt. l. disti. si eps. Quedā depositiōe3 tm̄mō. l. di. si q̄s viduā. Quedā suspēsionem solūmō. ij. q. v. si mala fama. ⁊ c. p̄sbyter. ⁊. xxxij. dis. null⁹. ⁊ c. p̄sbr̄. Quedā excōicatiōe3. xvij. q. iiij. si q̄s suadente. Quedā p̄uatiōne officij ⁊ bn̄ficij ppetuo lxxxj. dist. si q̄s amodo. Quedā officij ad tp̄s. lxxxij. di. p̄sbr̄. si. xxj. q. ij. placuit. Quedā priuatiōne officij tm̄ ad tp̄s. xxviij. di. p̄sbr̄m. Quedā p̄uatiōne bn̄ficij tm̄. vij. q. j. si q̄s de ordie. ⁊ s. de cle. cum in cunctis. Quedā priuatiōnē tm̄ cōmunionis. xxxv. di. ante oia. lv. dist. nullus ⁊ al's penas habes. lxviij. di. sicut. ⁊. xvij. di. placuit.

c ¶ Ab alijs. ij. q. j. qui se scit.

d ¶ Vos ipsi. xj. q. iij. cure.

e ¶ Suspendat. Hoc ideo dicit: q2 snia illa secū trahit executiōnē. j. de ap. pastoralis. §. j. hic est q̄ post. x. dies nō trāsit in rē iudicatā: q2 q̄ncūq3 pōt peti absolutio. vñ si taceat q̄s per. x. dies nō ītelligit acqeuisse snie. Vñ cōcedo q̄ post decē dies vel q̄ncūq3 possit appellari a snia excōicatiōis ad metropolitanū quantū ad hoc q̄ metropolitanus pōt ipm absoluere p̄stita cautione q̄ parebit mādato sup eo ꝓ quo fuit excōicatus corā excōicatore. † Sed hoc nō vr̄ q2 ex quo nō appellauit infra. x. dies postea non possit appellare. vnde per appellationem non transfert querelam ad metropolitanū3 sed per simplicē querelam posset conqueri: etiam post. x. dies.

¶ Glo. ponit dictum signat contrarium ⁊ soluit.

f ¶ Cōquestus. Sicut pōt conqueri de iniusta excōicatione. sic pōt appellare qui est iniuste excōicatus ⁊ ꝓse qui ap. ⁊ lr̄as īpetrare sup hoc. j. de excep. cu3 inter. ⁊ c. vlti. sed pp hoc excōicatio nō suspēdit: sed cā ad supiorē trāsfert si infra decē dies appellet: ⁊ si cōueniat sup alia re pōt se defendere: vt dicit decre. p̄dicta. Et not. q̄ dicit cōquestus: q2 si q̄s appellat excōicatus non d3 remitti ad excōicatorē: nisi velit ei facere grām. j. de senté. excō. per tuas. sed ꝯtra vr̄ q2 ipso facto videt appellasse: eo q̄ fuit ad metropolitanū. j. de ap. dilecti. ⁊ c. vt nr̄m. Sol. iter arreptū nō habet pro appellatione post sniam: īmo viua voce est statī appellandū postmodū ꝟo in scriptis. ij. q. vj. §. forma. in fi. ff. de ap. l. ij. Sed ante sniam videt appellare qui ad curiā sup hoc ꝓficiscit vt dicūt cōtraria: sed illa nō habēt locū iudicio cepto: q2 qui appellat cām rōnabilē coram iudice exprimere d3. ⁊ ꝓpter illā appellare. j. de ap. dilecto. in fi. ⁊ c. dilectus. ⁊ c. vt debitus. in fi. Hodie quicūq3 appellat in iudicio vel extra: ab īterlocutoria vel grauamine ī scriptis appellet. ⁊ cām appellationis exprimat. j. de ap. c. cordi. lib. vj.

¶ Glos. seq. no. duo presumi ꝓ sentētia.

g ¶ Fuisse. Hoc iō dicit q2 semp p̄sumit pro snia iudicis ordinarij. j. de ꝓba. post cessionē. j. de re iud. sicut. ⁊. s. de renū. in p̄ntia. Sed si obijciatur cōtra sniam rōne processus: ops3 q̄ ꝓbetur ꝓcessus: ad hoc vt stet snie. j. de proba. q̄m ꝯtra. ⁊ ita stabit snie. ⁊ presumit pro ea: nisi infringat rōne ꝓcessus. Hic ēt p3 q̄ nō precipit aliquid absolute: nisi p̄mo constet an iuste vel iniuste fuerit cōexcōicatus. j. de resti. spo. literas. in fi. ⁊. j. de sen. excō. sacro. ⁊ hoc ꝯstabit partiū assertione: ⁊ recipient ꝓbatiōes ab vtraq3 pte. s. de offi. dele. cū cōtingat. Absolutio fieri d3 ꝑm distinctionē decre. j. de ver. sig. ex pte. itē p tales ꝓbationes cōstabit an alter alteri teneat ad iteresse: ꝑm q̄ tradit. j. de sen. excō. sacro ꝓut no. s. de offi. dele. cum contingat. Ber.

Duo simul. ¶ CASVS. Patriarcha hierosolimitanus cōpellebat clericos tiren. archiepi: cū ipsi parati essent rn̄dere corā archiepō tireñ. ordinario suo. sup hoc questus fuit tireñ. eps dn̄o pape ⁊ ipse rn̄det eidem dicēs q̄ in canonibus diffinitū est: q̄ primates vel p̄riarche nihil iuris pre ceteris debēt hr̄e nisi quātū canones illis pmittant ⁊ cōsuetudo illis contulit ab antiquo nisi sup hoc aplica sedes aliquē3 illoꝝ spāli priuilegio duxerit honorandū ⁊ ideo q̄diu clerici ipsius tireñ. epi corā ipso voluerint stare corā patriarcha rn̄dere non debent: nisi causa per appellationē deferatur ad ipsum: aut aliquid ei ab apostolica sede sit indultum. ¶ Nota q̄ patriarcha vel primas id solum potest in subditos suffraganeoꝝ suoꝝ q̄d consuetudo illis cōtulit ab antiquo. Item actor forum rei debet sequi.

¶ Duo simul. ¶ In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio. ibi [consultationi.] Abb.

h ¶ Canonibus. ix. q. iij. cōquestus. xvij. q. ij. c. j. ⁊ vlt.

i ¶ Patriarchas. diuersitas in nomine est dignitas eadem. xcix. distin. §. j. c. j. ⁊. ij.

¶ Glo. sequens ar. diuturnitatem temporis ⁊c. all. iiij. iura. ⁊ tria in contrarium. ⁊ soluit.

† ¶ Con cor. tex. in l. si cui. §. fi. ff. de accu. ⁊ i aut. vtiud. fine quoq̄ iuff. §. ꝯsideranimus cū gl. illicito. col. ij.

Pene iuris canonici sūt multiplices.

¶ No. q̄ iudex pōt recipe cautionem ad vtilitatē ptis. ⁊ sic bene fac iste text. q̄ iudex pt stipulari pro priuato: q̄d vide q̄d dixi post Inn. in. c. dudum de cōuer. coniug. Ab.

¶ Excōicatus pōt appellare ⁊ lr̄as ipetrare.

† ¶ Con cor. ad hoc tex. in. l. inter claras C. d summ. tri. ⁊ fi. ca.

¶ Nota tria ex q… duo con… petit… iur… ditio or… naria. … lege ex …

sacri canones ꝯcedũt: vel pri∕sca illis cõsuetudo [a] ꝯtulit ab antiquo: ita vt ſm Nicenas [b] regulas sua priuilegia [c] seruẽ∕tur eccl'ijs: preterq̃ si apo. se. aliquã eccl'iam [d]: vel rectorẽ ipsius quolibet speciali puile∕gio [e] decreuerit honorare: q̃∕diu clerici tui coram te volue∕rint [f] stare iuri: cõpelli nõ de∕bẽt iudiciũ patriarche [g] subire: nisi cã per ap. ad eius [h] audiẽ∕tiã perferat: aut ei aliqd sup hoc a sede apo. sit indultum.

Idem Turoñ. archiepo.

Archiepſ̃s ipeditus põt ꝯse crationẽ sui suffraganei alteri cõmittere: ⁊ ꝯsecrandus tenet ab illo cõmissario munus con∕secrationis recipe. Capl'm. x.

Quod sedem apo. ⁊ infra. Nos sigdem ꝯsului∕sti: vtrũ si aliqua infirmitate: vel alia iusta causa detẽtus ali quem suffraganeoꝝ tuoꝝ con secrare non posses: alicui co∕epoꝝ tuoꝝ vices tuas cõmit∕tere [i] licitũ tibi esset: ⁊ infra. Cõsultationi tue taliter re spondemus: q in tali articulo constituto: ⁊ tuas vices: vt di∕ctũ est tibi cõmittẽ licet: ⁊ cõ secrãdus munus debet ab eo ꝯsecrationis accipe: † cui eas duxeris cõmittẽdas: dũmodo catholicus habeat: ⁊ impedi∕mẽtũ ei ex subtractione gra∕tie [k] apo. sedis non obsistat.

a Cõsuetudo. Rõnabilis ⁊ prescripta: al's cõsuetudo non pdest. s. de ꝯsue. c. vlti. Et est arg. tpis diuturnitatẽ ⁊ solutionẽ ⁊ obligationẽ inducere in futurum. arg. xvj. q. ij. statuendũ. ⁊. j. de cẽsi. ex parte. ⁊. c. olim cãm. ⁊. C. de agri. ⁊ cẽsi. litibus. lib. xj. arg. ꝯtra. j. de exces. pla. cũ ad quorũdam. ⁊. x. q. iij. q cognouimus. ⁊. j. de cẽsi. puenit. Sol'. qui est in possessio∕ne alicuius rei in ea defendi debẽ. j. vt li te pẽdẽ. quasi per to tum. arg. s. de elect. querelã. in si. ⁊. j. de cã posses. cum eccle∕sia. ⁊. ff. si ser. ven. l. harum. ⁊. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. pe. Et est defendẽdus: nisi liqueat eum vi ∕ vel clã ∕ vel pcario pos∕sidere. ⁊ sic itelligũ∕tur cõtraria: de hoc dixi. s. de ꝯsue. c. vlt.

b Nicenas. lxv. dist. mos antiquus. ⁊. c. sequenti.

c Priuilegia ser uent. Priuilegia ec∕clesiarum perpetuo sunt seruãda. xxv. q. ij. c. j. ij. ⁊. iij. Sed personalia priuilegia cum personis ex∕tinguuntur. vij. q. j. petisti. ⁊. ff. de cẽsi. etatem. in si. ⁊. j. de psump. mandata. ⁊. s. de offi. lega. volentes.

d Ecclesiam. Sic. ix. questio. iij. conquestus.

e Spẽali priuilegio. Argu. q dñs papa põt detrahere vni eccl'ie ⁊ alij ꝯferre. Qḋ quidẽ nullus dubitat. xvj. q. j. frater noster. ix. q. iij. nũc pro. ⁊. c. per principalem.

f Voluerint. Maxime: ⁊ si nollẽt cõpelli debent ab archiepo: nisi ipse ꝯsentiret. j. de fo. cõpe. significasti.

g Patriarche. Hierosolymitani.

h Ad eius audiẽtiam. A grauamine vel a sententia. j. de appella. cum in ecclesia.

Quod sedẽ. CASVS. Archiepſ̃s pp infirmitatẽ: vel aliã iustã cãm non põt ꝯsecrare suffraganeum suũ: quesitũ fuit a papa: vtrũ possit super hoc cõmittere alicui vices suas. Respõdet: q archiepſ̃s taliter impedit⁹ põt epo vices cõmittere: ⁊ cõsecrãdus debet ab illo mu∕nus cõsecrationis accipere: dũmodo catholicus habeat: ⁊ impedimẽtum ei ex subtractione grẽ non obsistat.

Quod sedem apo. Cõmunis diuisio. Secunda ibi [Consultationi.] Abbas.

Glo. seq. repetẽs tex. addit: quo archiepſ̃s cogere põt: eum cui cõmittit ⁊ ad qd tenet ꝯsecratus. Distinguit de∕mũ inter ea que sunt iurisditionis ∕ ⁊ ordinis ∕ ⁊ cãm red∕dit. In si. dicit merum imperiũ ſm canones delegari.

i Cõmittere. Certũ est enim q archiepſ̃s põt mãda∕re vices suas ⁊ ille tenet recipe: ⁊ põt illũ cõpellere. j. c. pxi. ⁊ iussu archiepi suffraganei illũ ꝯsecrare debẽt. s. de tẽp. ordi. si archiepſ̃s. Al's sine sui pñtia epſ̃s non debet cõ secrare. lxv. dis. nõ debet. ⁊. c. epſ̃s nõ est. ⁊ epſ̃s sic cõsecra∕tus debet visitare archiepm ĩtra duos mẽses: ⁊ si nõ pos∕sit ĩpeditus iusta de cã: hoc ei significet. lxv. dis. siquis in metropolitana. Item ⁊ ordinãdus tenet recipere ꝯsecra∕tionẽ ab eo cui mãdauerit: lʒ in hoc grauet q iudex supe∕rior hoc facit iure suo: suffraganei pro ad mãdatũ illius: sic. s. de offi. deleg. sup q̃onum. §. si pro duo. Archiepſ̃s põt cõmittere ea que sunt iurisditionis: etiã illis qui eam nõ hñt. j. c. pxi. sed ea que sunt ordinis vel cõsecrationis cõ∕mittere nõ põt his qui eam nõ hñt: puta illis qui nõ sunt epi ∕ vel archiepi ∕ vel maiores. j. de ꝯsc. ec. vel alta. aqua. Nec etiam talia dicunt cõmitti: sed mãdat archiepſ̃s suf∕fraganeis vt hoc faciãt: sola auctoritas eis deest: ⁊ nihil cõmittit eis archi∕epus: nisi q dat au∕ctoritatẽ ppter pre∕lationẽ quã habet sup illis. Et hoc pa∕tet ex eo q qñq; epi inuitãtur ad hec fa∕ciẽda ab illis qui ea facere non pñt: vt∕puta capitulũ quan doq; inuitat alium epm ad consecrãdũ ecclesiã vel altare: vel ad clericos ordi∕nãdos. vij. q. j. põti∕fices. Itẽ satis põt dici ſm canones: q ea que sunt meri im perij possunt delega ri: vt depositio. xxiij questione. iiij. illud. ⁊. ij. questiõe. vij. si∕cut. Lʒ ſm leges nõ possunt: nisi cuʒ de∕legans non põt ad∕esse. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdi. l. prima.

† Con cor. ter. in l. viij. C. q pro sua iu risdict.

k Gratie. i. si nõ sit excõmunicatus ∕ vel suspẽsus ∕ vel schismaticus. talis nõ põt ordinare vel ordinari: vt. s. de elec. q diligẽtia. s. de eta. ⁊ quali. cum bone. ⁊. j. de schis∕ma. q a predecessore. ⁊. s. de epo qui renũ. epi. c. vlt. ⁊ he∕reticus non sit. x. q̃. j. ab hereticis. ⁊. c. j. ⁊. ij. Huiusmodi enim persone non ꝯferunt executionem.

Pastoralis. CASVS. Aliqs appellauit ab epo ad archiepm. Querit vtrũ archiepſ̃s cãm istã sibi delatam per appellationẽ possit cõmittere alicui subdi∕to sui suffraganei metropolitico iure: ⁊ si nollet cãm re∕cipe. Vtrũ possit ipm ad suscipiẽdũ delegationẽ cõpel∕lere. Rñdet q archiepſ̃s ipsum ad suscipiẽdã delegatio∕nẽ non põt cõpellere inuitũ: q in eum nullã habet pote∕statem: nisi in quibusdã certis articulis: q̃uis epſ̃s suus eidem sit metropolitico iure sbiectus. Preterea in. §. isto ponit talis casus. Causa cõmissa est alicui per sedẽ apo. delegat⁹ citauit reũ ∕ reus non venit ∕ ꝯtumax fuit ∕ ppter ꝯtumaciã suã manifestã fuit excõicat⁹ ∕ vel iudex actorẽ induxit in possessionẽ rei petite cã rei seruãde tãdẽ mor∕tuus est delegat⁹ reus vult absolui ∕ vel recupare posses∕sionẽ amissam pstita cautione q iuri parebit. Querit: an liceat alicui ordinario ipm absoluere vel posses. sibi resti∕tuere ĩtra annũ sufficiẽti cautione recepta sine spẽali mã∕dato apo. se. Rñdet: q lʒ delegat⁹ q̃tũ ad illã cãm ma∕ior sit ordinario sine spẽali mãdato pape excõicat⁹ ab hu∕ius delegato bñficiũ absolõnis per aliũ nõ poterit obti∕nere: preterq̃ in mortis articulo: nisi talis fuerit ille dele∕gatus: q cũ alijs succedat in onere ac honore: nec posses∕sionẽ amissam poterit recuperare per alium q̃ per sedẽ apo. In fine dat papa tale ꝯsiliũ: ne actor post annũ effi∕ciat iuris possessor: reus corã ordinario: vel si ordinariũ hẽre nõ põt corã publicis ⁊ honestis psonis offerat ⁊ pre∕stet cautionẽ q iuri parebit ĩterrũpẽdo p hec pscriptio∕nem annalẽ: vt sic post annũ recupare possit possessionẽ amissã. No. q archiepſ̃s nõ habet iurisditiõẽ in sub∕ditos suffraganeoꝝ suoꝝ: nisi in certis articulis. Itẽ de∕

legatus pape maior est ordinario quātū ad cām illam: que est ei cōmissa. Itē ordinarius non pōt se intromittere de his que fiunt a delegato a papa. Itē si aliquis non pōt habere copiam iudicis illud ptestet corā ordinario: vel corā publicis psonis si ordinarius hēri nō pōt: qd per eum nō stat quo minus faciat qd facere itēdebat: et sic postea non currit ei tēpus: quousqz copia iudicis hēri poterit.

Diuisio. ¶ Pastoralis offi. ¶ Istud principiū vsqz ad. §. preterea. Diuidit in duas ptes: qr in prima ponitur cōsultatio. In secunda respōsio ibi [Ad quod.] Abb.

¶ No. q cā pōt delegari nō subdito: lz nō subdit9 cogi non possit ad acceptandū. Abb.

¶ Glo. sequēs querit. ponit opi. Hug. et sc. demū opi. Joā. quam approbat.

a ¶ Inuitum. Nota q pingui9 ius habet archieps in epi scopis q̄ in eoꝝ subditis: vt hic pz. et. s. eo. titu. quanto. arg. Sed nūquid idē iuris est in epo circa subditos suoꝝ subditoꝝ? Certe nō: qa epus eis pponeretur si voluerit per se cognoscere de causis subditoꝝ cum sit iudex ordinarius omnium de sua dioceſi. xj. q. j. de persona. et arg. ad hoc. ff. de iudi. iudicium. et. xj. q. iij. qui resistit. et. viij. dist. que ɔtra mores. in fine. ij. q. j. nomen. Sed archieps nō est iudex ordinarius totius puincie: nisi episcopoꝝ tm: nisi in casibus inferius notatis. vt dicit in fine. Et ita non est sile hic sm Hug. et Tancr. et Vincē. Joā. dixit. q si tales prelati subditi epoꝝ: vel ex electione: vel ex longa cōsuetudine habēt ordinariā iurisditionem: eps non pōt cognoscere de causis subditorū talium prelatoꝝ: nisi per appellationē deferātur ad eum: vt. j. de excessi. prelat. c. ij. et. j. de foro cōpe. cum cōtingat. et. j. eo. irrefragabili. §. j. argu. ad hoc. xviij. questio. ij. cognouimus. et. j. de appel. dilecti. Gradatim enim debet pcedere in causa: vt. ij. q. vj. §. anterioꝝ. et. §. illo proculdubio. et. j. de statu regu. in singulis. nisi in principe. ij. q. vj. arguta. et. c. ideo. et. j. de appella. si duobus. Verius credo qd dicit Joā. q epi nō possunt cognoscere de causis subditorum prelatoꝝ suoꝝ eis inuitis: sic enim posset eos priuare omni sua iurisditione. Qd non est verū: quia nimis esset iniquum. j. de exces. prelat. ad hoc. imo debet seruare snias subditoꝝ suoꝝ. s. eo. cum ab ecclīarum. vbi notat de iurisditione epoꝝ. nam si sua vnicuiqz iurisditio non seruat ecclīasticus ordo ɔfunditur. xj. q. j. peruenit. Et tamen eps nihilominus est iudex ordinarius dioc. sue: quo ad multa alia que patēt per se. Eps tamē posset bene cōpellere subditos subditoꝝ suoꝝ suscipere delegationē sibi ab ipso factam: secus in archiepo: vt hic.

Epi nō cognoscūt de causis subditorum archidiacono et aliis.

¶ Glo. seq. recitat per. q. an archieps sit ordinarius puincie. Ponit primo duas opi. vlt. opi. Tan. que dicit eū non ordinariū: nisi in casibus et enumerat. xij.

I dem episcopo Hel.

¶ Archieps cām ad se p appellationē delatā subditis suffraganei cōmittere pōt: nō tn ad ipam suscipiēdam cōpellere pōt. h. d. vsqz ad. §. pterea.

P Astoralis offi- Cap. xj. cij: et infra. ¶ Ex pte tua fuit insup quesitū: vtrū si aliqua cā fuerit ad archiepm p ap. delata posset eādē iure ordinarie ptātis suffraganei sui subdito delegare: vel aiauuertere in eūdem si cām renuerit suscipe delegatam? ¶ Ad qd rñdemus q archieps ipm ad suscipiēdā delegationē huiusmodi cōpellere negt inuitū [a]: cum in eū exceptis [b] qbusdā articulis nullam habeat ptātem [c]: lz eps suus eidē sit metropolitana lege subiectus: et infra.

¶ Mortuo delegato pape: q excōicauit reum, vel actorē in possessionē induxit: si eius successor in delegatiōe succedit: absoluē et restituē possef. poterit: als solus papa restituet et absoluet. pterq̄ in mortis articulo: ne tn currat annalis prescriptio reus coram ordinario, vel publicis psonis de stando iuri cautionem prestabit. h. d.

¶ Preterea postulasti: an alicui [d] ordinario liceat sine spāli mādato apo. se. delegato: q reum ppter ɔtumaciā manifestam excōicationis vinculo innodauit: vel petitorē cā rei seruande in possessionē petitoꝝ induxit rebus humanis exēpto: eidē volēti iuri parere absolutionis bñficiū impartiri et possessionē restituere infra annum: sufficienti recepta primitus cautione. ¶ Ad qd dicimus: q cum delegat9 quātū ad illud sit maior [e] ordinario: sine mandato [f] sūmi pontificis excōicat9 ab huiusmodi

b ¶ Inutilē. Cū in lr̄is cōmissionis ꝯtinet᷑ ip̄os fuisse ꝓcuratores: pꝫ ꝙ ꝓcuratio fuit ꝓbata dn̄o pape: ⁊ ꝙ reuocatio non ꝑuenit ad ip̄m: que ad ip̄m: vl' ad aduersariū ꝑuenire dꝫ. j. eo. mandato. poti⁹ q̄ꝫ lr̄a de rato: que semp iudici vel aduersario exhibēda est. ff. rem rat᷑. ha. ne satisdatio. et ff. eo. si ꝓcuratorem: quare videbat᷑ iudicib⁹ ꝙ calūniose ꝓponeret hm̄ōi exceptionē: sed per hāc rōnē repellit: q᷑ ip̄e probare volebat: ꝙ essent falsi ꝓcuratores: q᷑ poterat eē ꝙ reuocatio ꝑuenit ad adu̇sariū: ⁊ hꝫ potuit ꝓbare qđ sufficit. j. e. mādato. vn̄ appellatio ei⁹ tenuit. Sed videretur ꝙ lr̄e iste deberēt valere saltē quo ad hꝫ: vt ꝓcederēt s̄m ꝟitatē negocij: q᷑ hꝫ fuit tale falsum: qđ si fuisset dictū nihilomin⁹ obtinuisset lr̄as decan⁹. s. de rescri. sup lr̄is.

Sed isti falsi ꝓcuratores reuocato mādato iudiciū sunt ingressi cū adu̇sario: ⁊ de ꝯsecutiuis lr̄as cū aduersario impetrauerūt: ⁊ ideo nil valuit qđ fecerūt: q᷑ si nō valuit ingressus iudicij: nec cōmissio sup futuro ꝓcessu: ⁊ q̄a in fraudē hoc fecerūt: ⁊ vnus alterius odio nō dꝫ ꝑgrauari. C. de inoffi. testa. si q̄s suo. sil'e. j. de simo. nobis. ⁊ dignus est mi̇sericordia qui alieno vitio laborauit. C. de natu. lib. l. legem Anastasij. sic. xvj. q. j. frater noster. in prin.

c ¶ Fidem. Sil'e. s. de renū. in presentia. ⁊ c. super hoc. arg. ⁊. j. de preben. nisi essent. arg.

d ¶ Mētionem. Hoc faciebat p̄sumptionē pro eis cum nil dixerūt. Sed hāc p̄sumptionē elidet ꝓbatio in ꝯtrariū: ⁊ est notabile ꝙ iudices in sua relatione debēt facere mētionē de exceptionib⁹ ꝓpositis ⁊ alijs que rōnabiliter ꝓponunt᷑. arg. j. de re iudi. inter monasterium.

e ¶ Religiosos. Immo per seipsum ⁊ vnū testem posset hoc probare. s. eo. c. proxi. ⁊. j. de iureiurā. c. vlt. in fi. ⁊ C. de reb. credi. in bone fidei.

f ¶ Obliti. De nemine p̄sumendū est ꝙ sit imemor sue salutis. j. q. vij. sancimus. q᷑ q̄libet p̄sumit᷑ bonus: nisi ꝓbet᷑ malus. s. de scruti. c. vno. ⁊. j. de p̄sump. dudum.

¶ Glo. seq. tractat de duplici exceptione ꝓcuratoria.

g ¶ Exceptio. Q. n̄ dicatur falsus ꝓcurator dixi. s. de rescrip. ex pte decani: ⁊ illa est exceptio falsi ꝓcuratoris. Est ⁊ alia exceptio ꝓcuratoria. s. cum q̄s nō pōt esse ꝓcurator velut miles: ⁊ nō pōt opponi post litē ꝯte. cum sit dilatoria. ff. eo. filiusfamilias. §. veterani. ⁊ C. eo. ti. ita demū. ⁊ hanc pōt omittere fideiussor. ff. māda. si fideiussor. §. quedam. Et est alia exceptio ꝓcuratoria. s. nō hr̄e mandatū. de qua hic di᷑: q᷑ plus est mādatū fuisse reuocatū q̄ꝫ non habuisse mādatum. s. de rescrip. ex parte decani. in fi. Et hec exceptio post litem ꝯtestatā pōt opponi: ⁊ hāc exceptionem non dꝫ omittere fideiussor. ff. māda. inter cās. §. mādato. ⁊ talis exceptio non pōt opponi post sentētiā: vt hic. ⁊. C. eo. titu. lꝫ. Uersi.

h ¶ Nullū. Ex eo tamē iudicio qđ nullum est solutū non repetitur. ff. de iudi. de qua re. §. ij.

i ¶ Momēti. Nō est hoc sp̄ale in hoc casu: sed idem est in omni exceptiōe per quā ꝓbat᷑ retro nihil actū esse: vtputa a non suo iudice. xj. q̄ō. j. c. j. ⁊ pe. C. si a non cōpe. iudi. l. vlt. sil'e. j. de re iudic. ad ꝓbādū. j. de excep. exceptiōē: ⁊ si quid donet᷑ ab eo qui nō pōt dare nō valet. j. de iurepat᷑. qđ autē. ⁊ si donet᷑ ei qui capax nō est. j. de cle. excō. mi. postulasti. ⁊. s. de eta. et quali. cum bone. sil'e. C. de inoffi. testa. fr̄es.

¶ Glo. sequens recitetur per obiectionē: q̄ñ altera parte absente ⁊c̄.

k ¶ Irritādum. Irritat hic papa factū iudicis altera parte absente: vt videt᷑: q᷑ nō apparet ꝙ altera pars fuerit presens ⁊ lite non ꝯtest᷑. Et hoc potest facere iudex appellationis. j. de appell'. sepe. Sꝫ ibi peremptorij loco est terminus statutus: ⁊ ad prosequendū appellationem. C. de tēpo. appell'. l. vl: i. §. illud. ⁊ illud obtinet cum iam est lata diffinitiua sentētia. ⁊. ij. q. vj. et qui appellat. ⁊ opti. arg. s. de renū. veniens. Sic vbi agit᷑ de surreptione. j. de re iudi. cum olim. Sed credo ꝙ altera pars fuerit p̄sens: quia nunq̄ꝫ ꝓceditur cōtra absentē: nisi citetur tacite vel expresse: ⁊ presumit᷑ ex hoc ꝙ iudices retulerūt negociū ad papam: ⁊ sic pars altera fuit presens in alijs que acta sunt corā papa / vel cōtumaciter absens: que forte ꝓcurauit relationē fieri dn̄o pape. Et ꝙ dixit duximus irritandum. i. irritū esse ostēdimus. j. vt lite non ꝯtest᷑. accedēs. Ad hoc ꝓbat littera ista: qua probata ⁊c̄. †

Tue fraternitati. ¶ CASUS. Aliq̄s vult accusare vxorē suā de adulterio: querit᷑ vtrū hoc posset facere per ꝓcuratorē. Rn̄det᷑: ꝙ si vir accusat vxorē de adulterio corā iudice seculari ad penā legitimā inffigēdam nō per ꝓcuratorē: sed per seip̄m illud facere dꝫ: q᷑ tūc debēt iscribere penā talionis se astringere. Si ꝟo accuset eādē de adulterio corā eccl'iastico iudice ad separationē thori sustineri pōt: vt per ꝓcuratorē accuset: q᷑ ⁊ si accusatio sit de crimine: nō est tn̄ criminalis: sed mixta īter ciuilem ⁊ criminalē: q᷑ ⁊ si oporteat eum describere: vt designet in scriptis nomē adulteri locū ⁊ tēpus: ⁊ oīa que in lege cauentur: ad talionē tn̄ se obligare nō debet: ne forte cum

---

Odiū vnius alteri nocere nō dꝫ

Exceptio procuratoria est triplex.

† ¶ Con cor. tex. in l. lꝫ. C. de iudi.

† ¶ Con cor. tex. in l. si. C. si ꝑ vim vel alio modo. et ibi per Barto. et docto.

in probatione deficeret intētionis sue ꝯsequeret̃ effectū.
¶ Nota ꝙ in cā criminali ꝓcurator nō interuenit. Item qui nō ꝓbat qđ intēdit dꝫ puniri: sicut reus ꝯuictus puniret̃: quia calūniose accusauit. Itē vbi aliter agit̃ de crimine pōt ꝓcurator interuenire. Itē si aliqd ꝓhibet̃ vna via: alia via ad id nō debet admitti.

¶ No. ex hoc tex. ꝙ marit⁹ volēs hodie accusare vxorē criminaliter dꝫ se īscribere ad penā taliōis s. ad patiēdū illā penaꝫ si defi ceret in ꝓbādo quā vberet pati vxor cōuicta. Ab.

Maritus accusans vxorē: an teneat̃ se īscribere.

¶ Tuc frñitatis.
¶ In prima decisa cōsultatio. In secūda rñsio. ibi [Cōsultationi.] Que distinguit: ⁊ scđm mēbrūꝫ ꝓseqt̃. ibi [Si vero.]
¶ Glo. seqūēs recitetur per qōnēꝫ: que sit pena adulterij fꝫ leges.
a ¶ Legitimam. Per leges veteres puniebat̃ mulier cōuicta de adulterio ad penaꝫ sanguinis. C. de adult. castitati. ⁊ etiā fm legem mosaicaꝫ lapidabatur. xxxij. qō. v. hec imago. Hodie vero detrudit̃ in monasteriuꝫ. C. de adult. auc. sed hodie. ⁊ j. de cōuer. ꝯiug. gaudemus. Et pōt vir vxorem ꝯuictam de adulterio ⁊ cōdēnatā retinere si vult: ⁊ vxor viruꝫ: vt dı̄ in predicta auc.
b ¶ Ad penaꝫ talionis. Olim intra sexaginta dies vtiles a tēpore diuortij vir accusare poterat vxorem iure mariti sine metu calūnie. C. de adulte. ꝗuis adulterij. ⁊ l. iure mariti. ⁊ ff. de adulter. is cuius. §. vlti. ⁊ l. mariti. §. ꝓterea. Hodie vero cōstante matrimonio potest eam accusare: ⁊ tenetur inscribere ad penaꝫ talionis obligando se in auc. vt liceat ma. ⁊ auie. §. causas. ⁊ §. qa vero plurimas. collat. viij. ⁊ hic.
c ¶ Si forsan. Hic nō notat dubitationē: sed est expressiuum veritatis. sic. xxxiij. qō. ij. admonere. circa me. ⁊ de peni. dist. j. ꝗobrem. ⁊ ff. de rei vendi. item si. §. j.
d ¶ Nomen. Adulterij.
e ¶ Locum. In quo cōmissum fuit adulterium.
f ¶ Tēpus. s. annum ⁊ mēsem admissi criminis.
¶ Glo. sequens. ponit que requiruntur in libello accusatorio per versus.
g ¶ In lege ciuili. Quaꝫ habes. ij. q. viij. libellorum. ⁊ ff. de accusat. ⁊ inscrip. l. iij. Quid cōtineri debeat in libello accusationis notat̃ his vsibus. Cōsule. mense. die: coram ꝓtore ꝓfessus. Te deferre reum: crimen: loca: pone sodalem. Et lꝫ hora: dies: non mensis preteratur.

Versus.

¶ Glo. seq. soluit dubiū: ponit Brocar. alle. iiij. iura. Ad primam partem: ⁊ vnum in cōtrarium.
h ¶ Effectuꝫ. Quod esset si separarētur: potest tamē teneri ad aliam penaꝫ: vt perpetuo ei adhereat qua carere voluit. xxxij. q. v. hec imago. Vel ad penaꝫ extraordinariam se alligabit. j. de accusa. super his. Itē habes hic ꝙ si quid ꝓhibetur vna via: altera via nō debet admitti. C. ne mācipiuꝫ ita vene. l. vlti. ⁊ ff. de tuto. ⁊ cura. scire. ff. de condit. insti. que sub conditione. §. siquis. ⁊ ff. de bonisqꝫ

Via vna si deneget̃ alia nō cōcedatur.

de crimine adulterij corā iudice sclari ad penaꝫ legitimam[a] infligēdā: quia tūc inscriptionis vinculuꝫ dꝫ arripere: seqꝫ ad penaꝫ talionis [b] astringere: non per ꝓcuratorēꝫ: sed per seipm ꝓsentēꝫ opꝫ pñtialiter accusare. ¶ Si vero vir accusar̃ velit vxorē de adulterio corā ecclesiastico iudice: vt ab eius cohabitatione discedat: quia tunc ⁊ si forsan [c] oporteat euꝫ inscribē: vt designet in scriptis nomē [d] / locum [e] / ⁊ tēpus [f]: ⁊ oīa que cōprehendunt̃ in lege [g] ciuili: ad talionē tñ non dꝫ se aliq̃tenus obligare: ne forte cum in ꝓbatione defecerit intētionis sue consequat̃ effectuꝫ [h]: sustineri pōt si necessitas id postulauerit: vt per ꝓcuratorē accuset: quia huiusmodi accusatio: ⁊ si d̄ crimine fiat: nō est tñ criminalis: sed quasi mixta [i] inter ciuilem ⁊ criminalēꝫ: ꝗꝗ in ꝓsentia principalium personarum securius ꝓcedatur. Idem.

¶ Qui de mandato dñi cām ꝓcurauit: ab eo repetit expensas ꝓpter hoc factas. Cap. vj.

Cum pro cā que inter. G. ⁊ F. Gabioñ. ecclīe archi. vertebat̃: ⁊ infra. ¶ Dis. vestre mādamus quatenus expēsas archidiacono restitui faciatis: si legitime ꝓbare potuerit se de mandato [k] capli suscepisse predicta negocia ꝓmouēda: ⁊ ꝓp hoc [l] ad se. apo. accessisse.

Idem scholarib⁹ Parrisieñ.

¶ Uniuersitas etiā scholariū pōt ad agēdū: ⁊ defendēdū ꝓcuratorem ꝯstituere. Cap. vij.

Quia in causis que contra vos: ⁊ pro vobis mouentur vestra vniuersitas ad agēdū ⁊ rñdēduꝫ cōmode iteresse nō pōt: postulastis a nobis: vt ꝓcuratorē instituere sup hoc vob̄ de nr̃a ꝓmissione liceret.

ide. l. queritur. Argu. contra. iiij. q. iij. §. serui neqꝫ.
i ¶ Mixta inter ciuileꝫ. Sicut solet dici de querela inoffi. testa. que est mixta inter ciuilem ⁊ criminalēꝫ. Ciuilis est: quia qui eaꝫ ꝓponit: proponit hereditatis petitionem. ff. de inoffi. testamē. qui de inofficioso: ⁊ in eo accedit ad criminalem: quia si non venit die statuta: postea non auditur. ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. j. arg. C. qui accu. non pos. si ea. ⁊ j. de accusat. lꝫ.

Cum pro cā. ¶ CASUS. Inter. G. ⁊ F. archidiaconū Gabilloñ. questio vertebat̃ ꝓcuratores vtriusqꝫ accesserūt ad papaꝫ procurator ipius. F. proposuit: ꝙ. F. archidiaconus: impetrauit. A. C. pre. Innocē. litteras confirmationis super quibusdam institutionibus ecclīe de consensu capituli factis: et quarum inobseruātia causa ledebatur. Petrus cā committi ⁊ firmari constitutiones ꝓdictas et ea sibi restitui: q̄ in vtilitateꝫ ecclesie ipse expēderat. Mādat papa quibusdaꝫ quatenus expensas faciant restitui archidiacono: si legitime probare poterit de mādato capituli se suscepisse predicta negocia promouenda: ⁊ propter hoc ad sedem apostolicam accessisse.
¶ Nota ꝙ siquis fecit expensas in procurando vtilitatem ecclesie: nec res habuit effectum: nisi hoc fecerit de mandato capituli nō recuperabit eas ⁊ sibi imputet: qđ sine mandato capituli hoc attentauit: si res effectum habuisset etiam sine mandato.
¶ Cum pro causa. ¶ Prima pars ponit decisam partis querelam. Secunda dat iudices. ibi [Discretioni.] Et incipe casum litteralēꝫ: ꝙ inter istum. G. qui erat procurator capituli: ⁊ archidiaconum erat contentio super expensis factis per istum archidiaconuꝫ in causa quam susceperat promouēdam de mandato capituli: ⁊ papa pronūciauit: vt habetur in littera. Pōt tamen casus figurari alijs modis. sed non est vis. Abb. sicu.
¶ Glo. sequens recitetur per questionem.
k ¶ De mandato. Immo ⁊ si non interuenisset mādatum: posset tamē ea petere que vtiliter expendit in negocijs ecclīe. xij. q. iij. quicūqꝫ. ff. de neg. gest. Pōponius. et j. de fideius. ꝙ quibusdaꝫ. ⁊ j. de deposito. c. j.
l ¶ Propter hoc. Simile. s. de elect. vt preterite. quia si alias fuisset iturus ad curiam nō posset petere expēsas factas: nisi quatenus plus expendisset propter longiorēꝫ moram. ff. famil. hercis. ex parte. in prin. ⁊ ff. de neg. gest. si cōmunes. Distinguitur tamen: quia si egit de mandato / siue succubuit / siue non / potest petere expensas: vt. C. manda. l. etiam. sed si egit sine mādato ⁊ succubuit nō petet expēsas. ff. iudi. sol. iam tamē. §. in hac. Iste autēꝫ expense non

¶ No. [...] hoc tex. [...] suscipie[...] spōte m[...] datū: lꝫ [...] hā fuer[...] dem̄ de [...] pēsis p[...] postmo[...] dū repe[...] re expe[...] sas: q̄s [...] eit pro n[...] gocio fi[...] iniuncto[...] Abbas.

Distigu[...]

pense non excedat ꝓbabilem modū. ff. de dā. infec. inter quos. §. vlti. ⁊ l. seq. in prin. sic. ī. de eo qui mit. in pos. cū venissent. in fi. ⁊ ī. de sequestra. c. j. in fi.

Quia in causis. ¶ CASVS. Uniuersitas scholarium Parrisieñ. q̄n̄q̄ cām mouebat contra alios: ⁊ alij contra ipsam: ꝙ vniuersitas in causis per se īteresse nō poterat petebat a papa: vt super hoc ꝓcuratorē instituere sibi liceret. R̄ndetur: ꝙ lʒ de iure cōmuni illud facere possit: tn̄ indulget eis facultatē ꝓcuratorem instituendi sup his. ¶ Nota ꝙ vniuersitas de iure cōmuni pōt facere ꝓcuratorem. Itē qđ de iure cōi cōpetit indulget hic dn̄s papa.

¶ Quia in causis.

¶ In prima ponit petitio. In secunda ipsius admissio. ibi [Lʒ igitur.]

¶ Glo. sequens notat diffaʒ inter legē ⁊ canonem. Secūdo reddit duplicem ꝯstōnis causam.

¶ Lʒ igit̄ de iure cōi [a] hoc facere valeatis: † instituendi tamen procuratorem super his auctoritate presentium vobis concedimus [b] facultatem.

Honorius. iij. epō Egitañ.

¶ Si citat' ad tota cām ꝯstituit ꝓcuratorē: quē postea reuocat pōt nihilominus cōtra eū ꝓcedi: inquātū status cause patit̄ sine alia citatiōe. h. d. quo ad intellectum. Cap. viij.

Auditis [c] ⁊ itellectis que sup delegatoꝝ nr̄oꝝ ꝓcessibus fuere ꝓposita: ꝓcessus [d] ipsos et quecūq̄ secuta sunt ex eis: vel ob eos [e] † noueris nos irrita iudicasse: nō obstātibus lr̄is quas de reuocatione mādati procuratori suo Colubrieñ. epūs destinauit: cū anteq̄ ad illum [f] lr̄e huiusmodi peruenirent fuisset sup eisdē ꝓcessibus hincinde cōclusum. ¶ Ceterū memoratum Colubrieñ. epm̄ qui ꝓcurauerat totū negociū ad examen sedis aplice aduocari: ⁊ postmodum mādatū factum procuratori nō sine nostro [g] contēptu ⁊ tuo dispendio reuocauit: condēnandū tibi duximus in expensis quas fecisti a tēpore quo ad ꝓcuratorem ipsius reuocatorie littere peruenerūt [h]: † ⁊ facies etiā [i] vsq̄ quo

quas fecit a tpe quo ꝓcurator ipsius recepit lr̄as reuocatorias: ⁊ quas facturus est quousq̄ Colubrieñ. per se vel per idoneum ꝓcuratorē se ꝯspectui dn̄i pape p̄ntabit in principali negocio ꝓcessurus. ¶ Nota ꝙ cassato principali: ⁊ oīa ꝯsecutiua cassata intelligunt̄. Itē qui in ꝯtēptum sedis aplice: ⁊ in p̄iudiciū aduersarij reuocat mādatū punit̄ in expēsis ꝓpter hoc factis.

¶ Auditis. ¶ Si post ꝯclusionē cause apparet ꝓcuratorē reuocatū: nihilominus fertur sentētia. Diuidit̄. nā primo fert sn̄iā super ꝓcessibus: ⁊ soluit obstaculū. Secūdo ibi [Ceterū] In expēsis ꝯdēnat. Abb.

d ¶ Processus. Qualiter ꝓcesserūt non habemus hic: sʒ potest poni diuersitas processuū per illam decre. s̄. de rescrip. cum dilecta. s̄. de offi. ō. delega. venerabili.

a ¶ De iure cōi. Nota ꝙ vniuersitas pōt ꝯstituere ꝓcuratorē non obstāte qđ dr̄: ꝓcurator est qui mandato dn̄i negocia administrat. ff. eo. l. j. sed vniuersitas loco dn̄i habet̄. Secūdum leges ꝓcurator ꝯstituitur tm̄ a vero dn̄o. ff. eo. l. j. s̄m canones non est differētia in vocabulis: dūmodo ꝯstet ꝙ habet potestatē agendi ⁊ defendēdi. ī. eo. petitio. Et quilibet administrator ꝓcurator dicit̄. j. q. iij. Saluator. Sed illa fuit dubitatio: q̄r scholares non vidētur ꝯstituere vniuersitatē: cum ius vniuersitatis non sint a principe consecuti. ff. qđ cuiusq̄ vniuer. l. j. ff. de colle. illici. l. j. Item q̄r si esset vniuersitas: syndicum vel actorem deberet cōstituere auctoritate epi. C. de epis. ⁊ cleri. oēs. §. nihilominus. Sed papa respōdit ꝙ de iure cōmuni hoc licet. Et est verū ꝙ vniuersitas ꝯstituit ꝓcuratorem: ⁊ per ipm̄ iurat. ī. de iuramē. calū. cum cām. Sed ꝓcurator a vero dn̄o constitutus non iurat de calūnia: sed dn̄s. C. de iura. calū. l. ij. §. fi. aūt. ⁊ scholares possunt habere rectores siue consules. C. de iurisdi. om. iudi. l. vlti.

b ¶ Cōcedimus. i. ꝯcessum esse ostēdimus a iure cōi.

c Auditis. ¶ CASVS. Epūs Egitañ. ⁊ epūs Colubriensis habebāt cām īter se super quibusdā iuribus: causa fuit cōmissa diuersis iudicib⁹: ⁊ tam primi q̄ secūdi ꝓcesserūt in causa: tādē epūs Colubrieñ. procurauit totū negociū ad sedem aplicam aduocari super hoc ꝓcuratores super totū negociū ad curiā pape accesserūt: ipse ṽo examinatis ꝓcessibus iudicū p̄dictoꝝ tādē sup ꝓcessibus fuit ꝯclusum hincinde. anteq̄ papa ferret sentētiā sup processib⁹ p̄dictis ꝓcurator epi Colubrieñ. recepit mādatū ab ipso per qđ mādatū ꝓcuratoriū sibi datum ad cām reuocabat in totū: papa ṽo auditis allegatiōib⁹ sup p̄dictis ꝓcessib⁹ ꝓcessus ipsos: ⁊ q̄cūq̄ secuta sunt ex eis: vel ob eos irrita iudicauit. nō obstāte p̄dicta reuocatione: cum anteq̄ ꝓcurator reuocatorias lr̄as recepisset fuerat in cā ꝯclusum: ⁊ epi Colubrieñ. qui ꝓcurauerat negociū ad sedem aplicā euocari: ⁊ postmodū mādatū procuratoriū reuocauit in ꝯtēptū sedis aplice: ⁊ in p̄iudiciū aduersarij cōdēnauit epo Egitañ. in expensis

e ¶ Ob eos. Et ita cassato p̄ncipali cassat̄ ⁊ accessoriū. C. de leg. l. nō dubium. ī. de fi. instr̄. inter dilectos. ⁊ s̄. de elec. quali. ⁊ xvj. q. vij. hec scripsimus. ⁊ ī. de schisma. c. j.

f ¶ Ad illum. Scilʒ procuratorē / vel aduersarium / vel iudicem. ī. eo. mādato. Et sic reuocatio ista peruenit ad iudicē: ⁊ cū iam esset super processib⁹ cōclusum: nō obstante tali reuocatione potuit super his sentētia ferri: cū procurator nil poterat facere postea. Unde talis reuocatio non impedit sentētiā ferri super his in q̄bus est conclusum: ⁊ ita quodāmodo fertur sentētia contra absentē: sed pro presente reputat̄: quia si presens esset nihil posset obijcere: ⁊ si tēpestiue reuocatio fuisset facta non ostensa iudici / vel aduersario nihilominus valuisset: quicquid fecisset vsq̄ ad ostēsionem reuocationis. ī. eo. mādato. ⁊ C. de satisda. l. vna. ff. eo. si procurator. in fi. Sic in iudice tenet qđ facit donec intelligit reuocatam iurisditionē. ī. de appel. si duobus. arg. ⁊ q̄diu seruus habet̄ pro libero valet sentētia. iij. q. vij. §. verum. ⁊ arg. ix. q. j. ordinationes. ⁊ ff. de offi. ꝑcsi. si forte. ff. manda. si mādasset. argu. ff. si cer. peta. eius qui in prouincia. Si ṽo reuocatio tēpestiue fuisset ostēsa aduersario / vel iudici quicquid fieret postea non valeret. Et sic possunt intelligi. s̄. eo. ex insinuatione. ⁊ c. in nostra: vt ibi dicitur.

g ¶ Nostro ꝯtēptu. Sic. s̄. de postula. bone. ⁊ s̄. de offi. lega. lʒ. ⁊ ī. de ap. intimasti. ⁊ C. de relat̄. l. j. q̄r sic illuderet̄ superiori. ⁊ arg. ff. de succes. edi. l. j. §. decretalis.

¶ Glo. sequens reddit rationem. ⁊ dat simile.

h ¶ Peruenerūt. Quia tunc quasi contumax fuit: ⁊ tūc expectare incepit. Simile. ī. de sequestrat̄. c. j. de dolo et cōtuma. cum dilecti. in fine. Et hoc in culpa illius episcopi qui negociū ad curiam procurauit destinari. simile. ī. de appell'. Nicolao. ⁊ c. interposita. ⁊ c. reprehensibilis. ⁊ ī. de resti. spolia. cum causam. §. ij.

¶ Glo. seq. successiue signat tria ꝯtraria. ⁊ soluit.

i ¶ Facies etiā. Et sic sn̄ia condēnationis profert̄ anteq̄ ꝯstet de futuris expensis. Unde signatur ꝯtra. ff. de vsur̄. l. j. §. j. vbi dicit ꝙ tractatus futuri tpis non spectat ad iudicē: hic iam ꝯstabat ꝙ facturus esset expēsas. Sed

Sūmariū. Diuisio. Casus. ¶ No. ex tex. ꝙ valʒ cōdēnatio facta ꝓ futuris expēsis absq̄ aliena determinatione. ⁊ est in h̄ iste tex. multū notabilis. Abbas.

† ¶ Con cor. tex. in l. fi. gs insi ciat⁹. ⁊ ibi bar. ff. de posi.

Sn̄ia an possit ferri cū ꝓcuratore reuocato.

¶ Con ... l. vni. ... de the. ... l. x. ⁊ l. ... C. de ... pstā.

Diuisio. ¶ Colli... ex tex. ... iter ... ⁊ / et ob ... in l. ... ⁊ ... bar. ff. ... de ... Procurator a quo ... cōsti... ¶ No. ex ... tex. ... supra ... scriptōe ꝙ scholares faciūt vniuersitatē approba... qđ alibi non ita ... ꝓbat̄: ... et de h. ī. ... Latinus. Abbas.

videt q snia quantum ad futuras expēsas non teneat: qa non ptinet certam quantitatē: r incerta snia nulla est. C. de senté. que sine certa quāti. profert. l. hec snia. Sed illud habet locum: vbi certa quātitas petita est iure actionis vel spēs: qz si ibi snia incerta est: non parit actionem rei iudicate. Sz iste expense petunt offitio iudicis pro iteresse ppter ptumaciā alterius partis. Et ideo pōt condēnari etiam ad expēsas factas et faciendas quas declarabit postea suo sacro. et sit hic cōdēnatio expēsaruz: nulla taxatione p̄missa. Qd' est contra id. iij. q. iij. q fieri. sic r. j. co. pstitutus. r. j. qd metus cā. c. fi. sed illa taxatio pōt fieri: postea quando iurabit super expēsis: vt dicit. §. quod fieri.

P Etitio vr̄a.
C CASVS. Epūs Mutineñ. de mandato aplice sedis in Liuaniā pfecturus pstituit met R. canonicos Mutineñ. suos vicarios r pcuratores generales: pro ipso epatu: isti procuratores auctē huius generalis mādati agebāt pra detētatores bonoꝝ epi Mutineñis: vel pueniebant pro ipso: obijciebat eis: q ex isto mādato id facere nō valebant: pro eo q in instr̄o vicarie sue huius pcurationis non exprimebat: q ipse pstituerit eos syndicos vel actores: sed pcuratores gnales: tenoreȝ huius instr̄i miserūt ad papaȝ. Papa inspecto tenore instrumēti pstitit ei euidēter: q bñficio ipsius epi fuit data illis liberā ptātem agēdi r rñdēdi pro ipso epatu. Unde huiusmodi exceptionē friuolā reputauit. C Nota q nō refert: an dicat ab vniuersitate/ vel collegio pstituo talē pcuratorē/ vel syndicū/ vl' actorē/ dūmodo appeat: q ad agēdū: vel rñdēdū datus sit per sequētia: vel p̄cedentia. C Petitio vestra. C Diuidit. Nam primo ponit petitio. Secūdo rñsio. ibi [Nos igitur.] Abb. sicu.
C Glo. seq. querit/ arguit pro/ r soluit.

per se idē eps: vel per pcuratorem idoneum se nostro conspectui p̄sentabit: in principali negocio legitime pcessurus. Idē. M. r. R. cañ. Mutinē. C Procurator episcopi causas episcopatus agit r defendit: r nō fuerit datus sub noie syndici vel actoris. Capl'm. ix.

P Etitio vestra nobis exhibita cōtinebat: cuȝ Mutineñ. episcopus in Liuaniam pfecturus vos vicarios r pcuratores suos constituit generales[a]: vobis volētib' agere ptra detentores bonoꝝ epi Mutineñ. vel cōtra illū agētibus respōdere: frequenter oponitur q facere nō potestis: pro eo q in instr̄o vicarie/ siue procurationis huiusmodi nō exprimit q eps ipe pstituerit vos syndicos/ vel actores[b]: et ifra. † C Nos igitur ex tenore ipsius instrumenti liqdo cognoscētes q intentio[c] fuit ipsius epi dare vobis agēdi r respōdendi pro ipso epo liberaȝ potestateȝ: exceptionē huiusmodi penitus reprobamus.

Gregorius nonus nobili viro Ubaldo ciui pisano.
C Prouidere dȝ iudex: maxime in causa matrimoniali q pstituens procuratorem gaudeat plena libertate. Cap. x.

A Ccedens ad apo. se. r infra. C Mādamus quatenus. D. nobilē mulieręȝ que sub tua ptāte tenet plene restituas libertati: faciēs ipsam ad castrum de massa Lucane diocesis secure pduci: vt ex ñs ibidē libera[d] pcuratorē libere

a C Generales. Lȝ fuerint generales pcuratores: non tñ poterāt trāsigere. ff. co. mādato generali. nec pñt alienare nisi fruct': aut alia que de facili corrūpi possunt. ff. eo. procurator totoꝝ. Sed nūquid alter istoꝝ possit agere/ vel administrare sine reliquo? Uidet q sic: qz in tutoribus r actoribus id seruat: vt alter sine altero administrare possit. ff. de neg. gest. cuȝ alicui. r. ff. de admi. tuto. decreto. §. j. r. l. lucius. §. j. r. l. si plures. §. q̄uis. ff. māda. creditor. §. duob'. Credo q si isolidū pstituti sunt: vnus pōt agere sine altero: r alia facere put negocia occupauerint: al's nō pōt vnus agere sine alio: † lȝ in tutorib' aliud sit benigne receptū: vt dicūt ille leges decreto: r luci'. et lex illa creditor. §. duob'. itelligit in eo casu cum insolidū vtriqȝ mādauit: de hoc no. j. c. pe. in notula. sic ergo.
b C Actores. Scđm canones non videbat ista dubitatio: qz canon oēs administratores noīe pcuratoris intelligit. j. q. iij. Saluator. Est enim nomē gñale. r. s. co. qz in

causis: vbi vniuersitas de iure cōi pstituit procuratores.
c C Intētio fuit. Sic pȝ q quādo verba gñalia/ siue dubia ponūtur in huiusmodi instrumētis pcurationis: recurrēduȝ est ad intētionem pstituentis. Sic etiam de priuilegijs. j. de deci. ex multiplici. s. de offi. ordi. lȝ. r in rescrip. j. de arbit. cū. posita. r. j. de restit. spoliat. audita. s. de offi. deleg. super eo. r in bñficijs pferendis. j. de pbē. super inordinata. r. c. vlti. Et illa est causa: qa verba debēt deseruire intētioni: non intētio vbis. Per verba enim exprimitur intētio. xxij. q. v. humane aures. r. xxxvij. dist. sedulo. r. s. q. j. Marchion. r. j. de vbo. signi. intelligētia. r. c. preterea. r de cōse. dist. iiij. retulerūt. Et facit ad h. ff. de iudi. siquis intentione ambigua. Arg. ptra. ff. de pac. veteribus. r. ff. de cō trahē. emp. labeo. r l. cum in lege. sed illa locū habēt in cōtractibus: vbi vēditor debet aperte oīa exprimere: † al's fit interptatio ptra ipm. Et ita manifestū est q nō est semper psideranda verboꝝ forma in huiusmodi pstitutionibus: sed quid est eis cōmissum r in quo officio: qz hoc nomen pcurator est gñale nomen ad quālibet administrationem: r per sequētia que ponunt in pstitutione/ restringit ad id de quo agit: vt pȝ hic. Unde si diceret: ego do titio ptātem agēdi r defendēdi in cā: vel in causis quaȝ: vel quas habeo cum tali sufficiēs est mādatū nō obstante sbtilitate legali: que in hoc casu solūmodo videt legē iponere verbis r nō rebus: cum sit potius ptrariuȝ faciēdum. C. cōmu. de leg. l. ij. in fine.

A Ccedens. C CASVS. Quedā nobilis mulier. D. noīe de massa Lucane diocesis noie filij sui ptraxit sponsalia cum Ubaldo ciue Pisano noīe filie ipsius Ubaldi filijs ipsis sciētib': arra forsitan hincinde apposita: qz nobilis ipsa forsitan nolebat pficere: qd' puenerat cum. D. Ubaldo. Idem Ubaldus detinebat eam sub potestate sua: significatū fuit hoc dño pape. Unde mandat dicto Ubaldo quatenus nobilē illaȝ restituat pristine libertati: ipsam reduci faciat secure ad castrū de massa lucane diocesis: vt ibi existēs libera procuratorē libere valeat ordinare: qui coram papa iustitiā suam prosequat: r ipse idem Ubaldus super spōsalibus que dicūtur cōtracta inter filiam suā r filium dicte nobilis procuratorem idoneum ad presentiā pape transmittat: r plene habeat potestatē ad agēdum r ad defendēdum. C Nota q qui agere vult/ vel respōdere nō debet esse in potestate alterius: sed libertatem habere debet.
C Accedēs. C Primo prouidet libertati mulieris. Secundo citat ad cām. ibi [Tu ergo.] Abb. sicu.
C Glo. seq. fortificat textum. Scđo querit r soluit.
d C Libera. Qui enim agit: libertateȝ debet habere: vt libere pfiteatur r possit esse in iudicio: qz pfessio per me

C No. ex ca. petitio q eps pōt cōstituere aliqs ex suis canōicis vicarios r pcuratores generales. Ex quo infert q plures possūt eē vicarij eiusdē epi r iconomi seu pcuratores. Ab.

Procuratorib' pluribus constitutiȝ: an possit vn' sine altero agere. † C Con. ter. l. l. j. r l. pcuratorū. libera. et ibi bar. ff. co.

Intentio pstituētis est attēda in ac tijs. † C Con. l. fi. C. de dona. l. j. r. ij. C. de forma. l. ij. C. si deleg.

† C Con. l. § t ris regl' §. filius. ibi bar. de pact. ff. mand. l. credito §. lucius

C No. hoc tex. ad offm dicis sp ctat pui

re prebus de loco se curo et vt gaudeant pleã liber tate. Nã t teresť iudi cis ne iu dicium fit frustrato rium q̃ď poſ ſet ɔtinge re ſi pɔſte modũ al legaretur metus. Abba.

tum ſine timore exorta non preiudicat. xxxj. q. ij. lotha rius. z. xv. q. vj. c. ſ. z. xxij. q. iiij. iter cetera. in ſi. z pcipue in matrimonio in quo libertas oĩmodo reſtituenda eſt: z locus prudendus eſt in quo nulla poſſit eſſe formido. xxxiij. q. ij. ſiue de cõiugij. z plena dz gaudere ſecuritate cuius eſt animus in dagandus ne per ti morẽ dicat ſibi pla cere quod odit. j. de ſpõ. cum locuz. z qď ge non diligit facile contẽnit. xx. q. iij. pre ſens clericus. z coa ctiones difficiles cõ ſueuerũt exitus hẽre j. de ſpon. requiſiuit. Sed qualiter agit p filio cũ mater filiuz in poteſtate nõ hẽat j. de cõuer. in ſi. c. vl ti. Hic agebať de fa cto illiº mulieris q̃ cõtraxerat cũ illo no bili ſponſalia noĩe ſi lij ſui arris pmiſſis hincinde: ſi ſtaret p alterum quo minus mrĩmoniũ pficeref qď licet. C. de ſpon. l. vlti. ſed pena appo ni non põt: z ſi appo naf peti non põt: vt predi. l. j. in ſi. z. j. de ſpõ. gẽma mulier. de ver. ſig. titia. j. rñſo.

ordinare valeat: qui ſuã corã nobis iuſtitiam proſequaf.

Tu ergo ſuper ſponſalibꝰ que inter natã tuam z filium eiuſdem nobilis cõtracta ꝓ ponuntur: ꝓcuratorem ido neum ad preſentiam noſtraz mittas qui ad agendum z re ſpondendum [a] plenam ha beat poteſtatem.

Idem cãtuarieñ. archiepõ.

Si ꝓcuratori generali de negentur inducie ad conſu lendum dñm ex cauſa proba bili abſentem: poteſt ꝓcura tor appellare. Capitulum. xj.

Dilectus filius magi ſter. L. rector eccleſie de Anna trãſmiſſa nobis pe titione monſtrauit q̃ cuz. R. preſbyter cõtra ipſum cauſa ſtudij bononie cõmorantem ſuper eadez eccleſia ad iudi ces noſtras lr̃as impetraſſet earũ auctoritate a iudicibus ipſis eodẽ rectore citato [b]: ꝓ curator ipſius generalis [c] ad omnia eius tractanda nego cia: pro eo q̃ cõpetentem ter minuz infra quem rectorem ipſum cõſuleret vtrum debe ret cõtendere vel cedere [d] q̃ ſtioni: ſibi concedere denega bant pro eodez noſtram au dietiam appellauit. Quo circa mãdamus quatenus ſi eſt ita reuocato in irritũ z c̃.

Idem epiſcopo lexoñ.

Si reus recedit a iudicio dimiſſo ꝓcuratore ſolummõ ad agendũ ɔtumax eſt: z ɔdẽ natur in expenſis. Caplz. xij.

Conſtitutis in pre. n. H. priore ſegieñ. z. T. laico

Glo. ſeq. primo docet formam conſtituendi procura torem. ſecundo querit z ſoluit diſtinguendo.

a Rñdendum. Sic ergo debet conſtitui ꝓcurator ad agendũ datus vt poſſit etiã defendere z reſpondere ad uerſario ſi eũ reconueniat: al's ſi nõ defenderet denega bit ei actio. ff. eo. mutus. §. pena: z in expenſis alteri par ti tanq̃ cõtumax condẽnatur. j. eo. cõſtitutus ar. in qua conſtitutione dz ſatiſdationem exponere: per quã ipſe ſi deiuſſor ſui ꝓcuratoris exiſtat iudicatũ ſolui ſub hypo theca rerum ſuaꝝ inſti. de ſatiſda. §. ſi ħo. z q̃ tpe ſentẽ tie erit in iudicio: al's omnia dabit que in cõdemnatione veniunt vt ibidẽ dicif: z ita plenã hz poteſtatem. Et eſt notabile q: ꝓcurator quãdoq; non poſſet cauere iudica tũ ſolui: q: forſan non habet ibi amicos qui ꝓ eo velint fideiubere: z ita cõtumax reputaretur: ex quo ſic citatus eſt vt hic dicit: ſed ſi hoc fiat ſufficiens erit ꝓcurator. Et hoc habet locum in ꝓcuratore rei qui debet cauere ſem per iudicatum ſolui: qď eſt dicere ſoluere id in quo con demnatur z q̃ defendat reum: z q̃ non cõmittat dolum. ff. iudicatum ſolui. l. iudicatum: z in procuratore actoris idem ſeruanduz ſi reconueniatur. Sed nunquid poſſunt iſti parentes litigare de matrimonio filioꝝ vt fieret pre iudicium ei contra quem ſententiaref pro matrimonio: Dico q̃ ſic. dũmodo filij conſentiant ad hoc z ratum ha beant facta parentũ: q: perinde habetur ac ſi ipſi hoc fa cerent per alios: z precipue per parentes cõtrahif matri moniũ. xxxij. q. ij. honorantur. z. j. de cõuer. cõiug. ex par te. Si ħo filij nõ cõſentirent factis parentũ: tunc non no ceret ſnĩa lata cõtra aliquẽ: ibi. n. nõ põt pater vel mater litigare filio inuito: cũ ibi ſolus cõſenſus illoꝝ: de quoꝝ cõiunctione agif ſit neceſſarius. xxxij. q. ij. ſufficiat z in uitis etiã parentibus cõtrahere poſſint: q: q̃tuz ad hoc non dicuntur in ptãte parentũ eſſe. j. de deſpon. ipu. c. j.

Cautio iu dicatũ ſol ui tria con tinet.

Dilectus filius. CASVS. Magiſter laurenti nus rector eccl'ie de Anna volens venire Boñ. cã ſtudij: cõſtituit quendam ſuũ ꝓcuratorem generalez ad oĩa ſua negocia ꝓcuranda: z ſic venit bononiam: qdam preſbyter. R. noĩe cõtra ipſum ſup dicta eccleſia literas impetrauit fecit ipm citari apud eccleſiaz ipſaz: ꝓcurator eius generalis ꝓ co petijt terminũ ſibi dari in fra quẽ dictum magi ſtruz cõſulere poſſet vtruz debent cedere vel cõtendere: qď cũ iudices facere dene garent: ſedẽ app. ap pellauit. vñ mandat papa: quatenꝰ ſi eſt ita: q c q d factum eſt poſt ap. debeat i irri tũ reuocari. No ta dilationẽ dãdũ eẽ ꝓcuratori ad demũ ciandum dño pape. Dilectus filius. Pria pars narrat grauamen appellan tis. Scďa dat iudicẽ ibi[quo circa.] Ab. b Citato. Ad ec cleſiã ſuam per ſuuz procuratorez: ibi eni debet citari. j. de do. z contu. cauſam que. z capi. vlti. nam ipſe fuit bononie: vt. j. de eo qui mit. in poſ. c. vltimo.

c Generalis. Poteſt ergo quis conſtituere generalẽ procuratorem ad omnia taz ad iudicia q̃ ad negocia vt hic dicit. z. ſ. e. petitio. tñ talis procurator tranſigere nõ põt nec alienare: de hoc dixi. ſ. eo. petitio. imo quilibet tenetur dimittere procuratorem: al's procederetur cõtra abſentem ſi non defenderetur. ff. quibus ex cau. ma. Itẽ ait. z. l. ſeq. de hoc dixi. ſ. de offi. dele. conſultationibus.

Glo. ſeq. reddit cauſam z docet certas inducias arbi trarias certas non.

d Cedere. Ad hoc eniz dantur inducie deliberatorie vt infra illas deliberet an cedat vel cõtendat. iij. q. iij. §. offeraf: ſed iſte ꝓcurator per ſe deliberare non poterat vtrũ deberet cedere vel cõtẽdere ſup facto alterius vñ debebat ɔſulere dñm pncipalẽ ergo inducie tales eẽ de bebant q̃ poſſet illũ requirere: vñ cum hoc nõ faceret in ſta fuit appellatio: terminus eni ſemp cõſtituendus eſt ſm diſtantiã locoꝝ z negocij z pſonarum qualitatẽ. j. de ap. cũ ſit romana. z. ff. de iudi. nonnunq̃. Et ex hoc pz q̃ hmõi inducie deliberatorie arbitrarie ſunt: q: debẽt mo derari ſm locoꝝ diſtantiã z pſonarũ z negocij qualitatẽ lz dicatur. xx. diebus gaudeat inducijs imo plus vel mi nus ſm q̃ viſum fuerit iudici expedire. j. vt lite non cõ teſt. q̃m frequẽter. §. ſi ħo. alie vero inducie puta que dã tur ad appellandũ non ſunt arbitrarie: ibi iudex nil ha bet officij. j. de re iudi. q̃ ad conſultationem. z. ij. q. vj. biduum. que ſunt. x. dierum: vt. e. cauſa. z. q. e. c. anterio rum: z inducie que dantur condemnatis in cauſa pecu niaria non ſunt arbitrarie. ff. de re iud. l. iij. §. ſi quis. ni ſi cauſa cognita z iuſta de cauſa. ff. eo. l. ij. tamen quidaz illas dant ad arbitrium ſm conſuetudinem loci.

Conſtitutis. CASVS. Quidã prior ſegieñ. h. noĩe tenebaf in quadã quantitate pecunie. t. laico

† Inte ro q̃ ꝓcu rator gñal tenef ſnẽe re ꝓ dño cui ſua rñ ſio nocet: cõcor. l. nõ ſolũ. ff. e. No. ex hoc ter. q̃ rector ec cleſie pba biſr ſe ab ſentat ab ecclia cã ſtudij ad hca. cũ ex eo de ele. li. vj. z. c. ſi. qď mag. Abbas.

nomine vxoris sue: eis in presentia pape constitutis. O. sub diaconum suum sup causa illa concessit auditorem: oblato libello dicto priori recessit sine licentia: dimittens quendam procuratorem solum ad agendum. cum esset reus: auditor cui sufficiens esset per mandatum huius ad defensionem priorem: ipsum priorem reputans contumacem condemnauit eundem predicto. T. in vnam marcham sterlingorum in expensis: et dominus papa sniam illam ratam habet et firmam mandans huic episcopo: quatenus partibus conuocatis audiat causam.

¶ Nota quod qui procuratorem idoneum non dimittit et recedit sine licentia contumax reputatur: et debet parti alteri in expensis condemnari.

¶ Constitutio.

¶ Prima pars narrat contumaciam et condemnationem actoris. Secunda ibi, Nos autem, condemnationem approbat et causam committit. Abbas sicu.

¶ No. ex hoc ter. quod comparens ad citationem et illicentiatus recedens habetur pro contumace et potest condemnari vt contumax. xi. q. iij. certum. Abbas.

Dilectum filium. O. subdiaconum nostrum super causa que inter ipsos super quadam summa pecunie vertitur concessimus auditorem: et infra. ¶ Qui prior super ipsa pecunia in qua dictus. T. cum sibi sue vxoris[a] nomine teneri dicebat: recepto libello illicentiatus[b] recessit quendam procuratorem dimittens solummodo ad agendum[c]: quem cum auditor ipse per mandatum procuratorium sibi datum ad defendendum priorem sufficientem non viderit: eum ex hoc reputans contumacem ipsum p fato. T. in vnam marcham sterlingorum condemnauit: taxatione[d] pre habita in expensis et infra. ¶ Nos autem finem litibus[e] imponere cupientes et quod ab auditore prefato factum esse dignoscitur approbantes mandamus quatenus partibus conuocatis etc. Idem.

¶ Tenet iudicium agitatum cum procuratore reuocato si reuocationem iudex et aduersarius ignorauerunt. hoc dicit secundum communem intellectum et verum. Capitulum. xiij.

Mandato procuratoris[f] post litem contestatam a

e ¶ Finem litibus. j. de do. et contu. finem et c. venerabilis.

Mandato. ¶ CASUS. Aliquis constituit procuratorem in causa quam habet coram iudice ordinario vel etiam delegato procurator iste cum aduersario ingressus est iudicium dominus postmodum reuocauit mandatum a suo procuratore: queritur vtrum ea que cum ipso procuratore postmodum fecit valeant. Respondet papa quod si reuocatio ista ad iudicem vel aduersarium non peruenit iudicium quod ipse procurator postea est expertus ratum esse debet. ¶ Nota quod reuocatio peruenire debet ad iudicem vel aduersarium alias nihil omnino valet quod agitur per illum procuratorem ne de dolo quis commodum sentiret.

¶ C. et co. ter. l. j. cum si not. ff. c. cuiusque vni.

¶ Glo. seq. recitetur per questionem quando iste pro vxore auditur. secundo querit et soluit.

a ¶ Sue vxoris nomine. Forte nomine vxoris sue recepit iste obligationem a priore mutuando ei pecuniam vxoris nomine illius: aut pro alio contractu: pro qua etiam sine mandato agere posset in rebus ipsius prestita cautione de rato. C. eo. titu. maritus: sed si maritus habeat mandatum non potest agere nisi quatenus in mandato continetur: vt ibi dicitur in fi. l. preallega. sic etiam nomine alterius quis recipit institutionem sine inuestituram. j. de preben. accedens: et nomine alterius quis recipit vsuras quod esse non debet. xlvj. dist. sicut non suo. sic et nomine vxoris sibi potuit obligare priorem per stipulationem: sed vxori simpliciter non potuit dicendo promittis vxori mee soluere tantam pecuniam: quia alteri per alterum stipulari vel pacisci nemo potest. instit. de inuti. stipu. §. alteri. ff. de verbo. obligati. stipulatio ista. §. alteri: nec factum alterius potest quis promittere. insti. de inuti. stipula. §. si quis alium. et in predi. l. stipulatio ista. in prin. sed si vxor agere velit pro tali obligatione: nunquid est preferenda illa viro et an vir posset agere in uita vxore? Respon. quod vtilis actio acquisita vxori prefertur directe acquisite marito: nec potest agere ea inuita. ff. de procu. si procurator: vbi dicitur quod si procurator meus stipulatus fuerit satisdationem iudicatum solui: vtilis actio mihi datur: nec potest agere procurator me inuito.

b ¶ Illicentiatus. xj. q. iij. certum. ideo contumax reputatur. quia nullum responsalem sufficientem dimisit.

c ¶ Ad agendum. Ideo non valuit mandatum: quia cum prior esset reus: debuit dimittere procuratorem ad defendendum et non ad agendum: nisi vellet reconuenire actorem. et ideo contumax reputatur: quia non dimisit idoneum. Qualiter autem debet mittere quis procuratorem et sufficientem. dictum est. s. eo. accedens et iste procurator noluit eum defendere: quod si fecisset non fuisset condemnatus prior in expensis: sicut credo.

d ¶ Taxatione. Que semper debet premitti ante condemnationem. iij. q. iij. §. offeratur: et etiam iuramento prestito. ij. q. j. in primis. et j. quod metus causa. ea. ff. quod debuit hic premitti. Et sic nota quod sententia super expensis pro contumacia potest ferri in absentem: et hoc est quod dixi. s. eo. querelam. de expensis. s. quia non venit: vel si venit et recedit sine licentia condemnatur in expensis.

¶ Glo. ista facit quinque. dicit primo quid continere debeat procuratorium: secundo quando de procuratorio rei omnino constare debeat. tertio quod procurator rei cauet de iudicato soluendo non de rato nisi in casibus et septem enumerat. quarto quando cautiones prestentur. quinto de syndico et tutore quod non cauent de iudicato soluendo et causam reddit.

f ¶ Mandato procuratoris. De mandato procuratoris actoris dictum est. s. eo. c. j. in mandato enim procuratorio debet contineri precipue nomen eius qui constituit procuratorem et nomen procuratoris: et in qua causa et quod ratum habebit quod cum eo actum erit: sicut in literis de rato: et coram quibus iudicibus maxime si sunt delegati: coram ordinario non est necesse multum quod fiat de eo mentio. ff. de procura. si procuratorem: et iste litere mitti debent aduersario vt certus sit: quibus releuatur procurator a satisdatione de rato: cum de mandato dubitatur: vt ibi dicitur. De mandato procuratoris rei omnino constare debet et si non ostendatur mandatum repellitur: nec admittitur tanquam procurator etiam si dubitaretur nisi vellet se offerre defensioni et et sine quis habeat mandatum siue non: et quantumcunque sit idoneus procurator rei debet prestare aliquam aliam cautionem. s. iudicatum solui. C. de satisda. l. vna. et ff. e. qui proprio. §. qui alium. et l. minor in fi. et insti. de satisda. §. si vero. que clausula. s. iudicatum solui: tria continet. s. quod defendat reum in causa: et quod dolum non committat: et quod soluat iudicatum. et hoc ipsum quod verbum sonat. ff. iudi. sol. l. iudicatum solui: et hec satisdatio debet interponi ab ipso domino quando presens constituit procuratorem dum conuenitur: et si absens extra iudicium constituitur cautionem interponat pro suo procuratore: per quam fideiussor existat sub hypotheca rerum suarum. in sti. de satisd. §. si vero. alias ipsemet procurator exponere debet predictam cautionem quantumcunque locuples sit et idoneus: vt dictum est. Cautionem vero de rato non prestat procurator rei. s. rem ratam dominum habiturum: cum et si ille. s.

¶ C. et co. glo. l. le. in. l. et solum. §. alieno. et eo. et C. et j. q. in. l. C. eo.

ille. s. dñs ratū nō habeat: ipse soluat de bursa sua: q2 reuocare nō pōt dñs. Porro vbi reuocare posset: vel retractare qd' actū est: dz procurator p̄stare cautionē rem ratā dñm habiturū: vt cum quasi defensor ꝯuenit rei vendicatione: vel cōi diuidūdo: vel famil'. hercis. vel finiū regūdor: ⁊ ecclia vel minor: ⁊ restōnē in integrū postulādo: ⁊ cā status cū seruus clamat in libertatē ꝯtra ꝓcuratorē dñi duplicē cautionē p̄stat ꝓcurator rei iudicatū solui: ⁊ rem ratam dñm habiturū. ff. eo. pōponius. §. sz his. ⁊ l. si defunctus. §. vlt. q2 in hoc iudicio vtraqz ꝑsona sustinet vicem duarū ꝑsonaꝝ. j. de proba. ex lr̄is. ff. eo. nō solū. §. si status. ⁊. §. est ⁊ casus. ⁊ cum tutor postulat suspectꝰ: ⁊ ipse per procuratorē defendit. ff. eo. nō solū. §. vlti. ⁊ huiusmodi cautiones ante lit. ꝯte. peti debēt. ff. eo. Pōponius. §. ratihabitiōis. Procurator vniūsitatis siue collegij cautionē de iudicato soluēdo non p̄stat: q2 sustinet vicē vniuersitatis ⁊ iurat de calūnia in aīam ꝓpriā. j. de iura. calū. in ptractādis. ⁊. c. seq. ⁊ C. de iura. calū. l. ij. §. finaūt. q2 quasi dñs ītelligit sicut ⁊ tutor. ff. pro emp. l. qui fundū. §. si tutor. ar. ff. rem ra. ha. actor. nec tutor cauet de iudicato soluēdo. C. de admi. tu. l. vlti. §. defensionē. sicut nec verus dñs illam prestaret. ⁊ insti. de satisda. §. sed hodie. Et ideo de necessitate est istud officiū. s̄. eo. quia. sed offm̄ ꝓcuratoris est volūtariū: q2 nemo cōpellit ꝯstituere ꝓcuratorē. s̄. eo. querelā. †al's nō esset dr̄ia inter ꝓcuratorē priuate ꝑsone: ⁊ syndicum vniuersitatis.

dño reuocato[a]: si hoc ignorante iudice: vel[b] aduersario factū fuerit iudiciū: qd idē quasi ꝓcurator: postmoduz exptus est: ratū esse debebit. Idem.

¶ Filiusfamilias pōt esse ꝓcurator in iudicio: etiā ad futuras lites: ⁊ ꝓcurator datus cum pluribus simul insolidū prefert: si preoccupauit negocium: secus si diuerso tpe fuit datus. Itē ꝓcurator appellare debet a sn̄ia: nisi ex cā excuset quo casu debet dño nūciare de sn̄ia: appellationē tamē ꝓseq non tenet. Cap. xiiij.

Non iniuste iudex ꝓcessit: qui filiūsa.[c] in ꝓcuratorē

Procurator rei: an p̄stet cautionem de rato.

¶ Ex ca. mandato. no. q ꝓcurator pōt reuocari post litē ꝯte. sz hoc intellige: vt no. i gl. pe. Abb.

† ¶ Con. tex. i. l. inuitꝰ. C. e. e. C. vt nemo inui. l. j. in prin. ⁊ ibi Bar.

¶ Glo. ista sic recitet. s. Primo finis que signat ꝯtrariū ⁊ soluit. Secūdo principiū qd' distinguit: an ad solū procuratorem peruenerit reuocatio: an etiā ad aduersarium vel iudicem medinm. arg. a ꝯtrario. ⁊ illud reprobat contra. quod inducit legem quam soluit.

a ¶ Reuocato. Circa huiusmodi reuocationē notabis. Cū aliquis reuocat mādatū factū ꝓcuratori ad agēduz vel defendēdū ꝯstituto: aut reuocatio ꝑuenit ad ꝓcuratorē tm̄: aut etiā ad aduersariū vel iudicē. Si tm̄ ad ꝓcuratorē nō p̄iudicat aduersario: q2 iudiciū qd' idē quasi ꝓcurator postmodū est exptus: ratū esse dz: vt hic. ⁊. s̄. de rescrip. ex pte decani. ⁊. ff. eo. si ꝓcuratorē. in fi. ⁊. C. de satisda. l. vna. etiā ante iudiciū ceptum. ff. iudi. sol. si aūt ad idē. ff. de sol'. qui hoīem. §. si titiū. ⁊. l. siquis seruo. ⁊. l. cū quis. §. j. Et si pater iusserit filio credi: postmodū ignorāte creditore mutauerit volūtatē: cessat senatuscōsultum: qm̄ initiū spectāduz est. ff. ad macedo. si tm̄. Et si dicā: qui voluerit cum seruo meo ꝯhere: piculo meo ꝯtrahat. possum mutare volūtatē: si certificauero creditorē. ff. quod iussu. l. j. r̄nso. j. in fi. Si ṽo reuocatio perueniat ad iudicem vel ad aduersariū: quicqd fit cum eo tanq̄ cū falso procuratore nō valet: vt hic a ꝯtrario sensu. s̄. de rescript. ex parte decani.† Postea nō procedat iudex cū illo procuratore. s̄. eo. auditis. ⁊ sic intelligit qd' dr̄. s̄. eo. ex insinuatione. ⁊. c. in nr̄a. Qui enim vult reuocare ꝓcuratorē: certificare dz aduersariū vel iudicē: vt hic dicit. sicut lr̄e de rato mittunt iudici ⁊ aduersario. ff. eo. si procuratorē. ff. rem ra. ha. ne satisdatio. sic multo fortius lr̄e reuocatorie. Sed quare dicit post lit. ꝯtest. Innuit a ꝯtrio sensu: q ante litē ꝯtest. posset reuocatio fieri etiā ignorāte iudice vel aduersario: ⁊ q necesse nō sit significare iudici vel adūsario. Sic videret loqui decre. s̄. eo. ex īsinuatione. et c. in nr̄a. Ex lr̄a illarum nunq̄ colligit: q reuocatio peruenerit ad iudicē vel ad aduersariū: ⁊ tamē reuocat qd factū fuit per illos procuratores. Sed ibi supplet: q reuocatio venit ad aduersarium. Sic ergo supple hic maxime: q2 idē est ante litē ꝯtest. ⁊ post litē. Sic enim multi possent decipi: si sola reuocatio procuratoris sufficeret: si non denūciet aduersario vel iudici quādocūqz fiat reuocatio certificādus est adūsarius. Al's imputet sibi qui h̄ tacuit. Ar. ꝯtra. ff. mā. si mādassem. Illud in negocijs: vbi non decipit vēditor: hic decipit adūsarius: ⁊ ideo secus. Sz si reuocatio sit missa ꝓcuratori ante litem ꝯte. ⁊ ipse occultat h̄. videret q ꝓcuratori sit īputandū q eā nō ostēdit ⁊ sn̄ia quātū ad eū valeat: sz nō quātū ad dñm: q2 se liti obtulit aliene. ff. rem ra. ha. l. iij. §. falsus. ⁊ ff. de iudi. de qua re. §. ij. ⁊. ff. de rei ven. is qui se obtulit. ⁊ l. p̄dicta. siquis seruo. in fi. Sed hoc forsitan posset hēre locum: cum ꝓcurator est soluēdo: al's nō. ar. p̄dictaꝝ decre. ex insinuatione. ⁊. c. in nr̄a. Uel dic q tenet sn̄ia ⁊ īputet sibi dñs qui hoc nō īsinuauit iudici vel aduersario: vt ꝓbat hic lr̄a. Item ex hac lr̄a videt: q etiā post litem ꝯtestatam indifferēter reuocari possit absqz cause cognitione. Et ideo ꝯtra. ff. eo. post litem aūt ꝯtestatā. Nō est cōtra: q2 hoc nō habet locū qn̄ ꝓcurator ꝯsentit. Si ṽo ꝓcurator nollet: dz hoc fieri cā cognita: tamen non procedet in cā post reuocationem: nisi post cām cognitā: ⁊ tn̄ non dz audiri procurator qui sibi assumpsit procurationē vel seasserit procuratorē: hoc ipso suspectꝰ est: ⁊ ita semp remoueret. ff. eo. que oīa secus: si hoc dicit procurator: vt sine nota suspitionis remoueat: vt. l. p̄dicta. que oīa.

b ¶ Uel aduersario. Pro/⁊ alias sequeret a contrario: q si reuocatio ad alterum peruenisset valeret: qd' cum eo factum esset: qd' non est verum.

Non iniuste. ¶ CASVS. Filiusfa. fuit ꝯstitutꝰ ꝓcurator in aliqua cā: ⁊ etiā ad futuras cū quibusdā alijs ⁊ insolidū ⁊ ipse preuenit alios: obijciebat ei: q nō poterat esse ꝓcurator cū eēt in ptāte alterius: ⁊ q ad futuras cās ꝯstitui nō poterat. Iudex nihilominus ipm admisit: querit qd iuris sit. R̄ndet: q iudex iuste fecit q ipm admisit: q̄uis ad futuras ꝯtrouēsias fuerit cōstitutꝰ. ⁊ lz cū alijs sil' fuerit ꝯstitutꝰ. Ipe tn̄ priꝰ ꝓcuratoris officiū occupauit: sz talis occupatio locū nō hz in ꝓcuratoribus diūsis tpibꝰ ꝯstitutis: q2 dato posteriore prior ꝓcuratio eēt reuocata. Q. potuit ꝓcurator ꝯdēnatꝰ est. querit vtrū teneat appellare ⁊ ꝓseq appell'onē. R̄ndet qn̄ eo q sn̄ia lata est ꝯtra ipm pōt ⁊ debet appellare: vel si ex aliqua iusta cā opponere nō pōt: debet hoc dño sigñare: vt si voluerit appellet: sed cām appellationis ꝓsequi nō tenet inuitus. Totum est notādum: qd' hic dicit.

¶ Nō iniuste. ¶ Sex sunt dicta principalia istius tex. Scdm ibi [Q̄uis.] tertiū ibi [Quia lz.] quartū ibi [Qd' fieri.] quintū ibi [Potuit.] sextum ibi [Lz.] Abb. sicu.

c ¶ Filiūfa. Etiā sine mādato pro pr̄e admittit agēdū ⁊ defendēduz p̄stita satisdatiōe. Immo: ⁊ si eēt minor: q2 iustius est talē admittere q̄ absentē indefensum ꝯdēnare. C. eo. ti. exigēdi. Itē pōt ꝯstitui ꝓcurator ad agēduz ⁊ defendēdum: vt hic dicit. ⁊. ff. eo. filiusfamilias. §. ipe q̄z. Uñ iudex iuste fecit qui illū admisit: nisi eēt minor quē nō debuit admittere: q2 si decipiat pōt restitui ipse: et fideiussores eius. ff. eo. minor. nisi forte pro pr̄e ad defendēdū ex benignitate ⁊ nō de rigore: vt in. d. l. exigēdi. in fi.

¶ No. regulā q eēt filiusfa. pōt esse ꝓcurator alterꝰ ēt in iudicio: nec regrit pr̄is cōsensus. H̄ ītellige si ē maior xv. an.. Abbas.

a ¶ Ad futuras. Ad ꝑntes ⁊ futuras lites bñ daꝛ procurator in diem ⁊ sub cõditione: ⁊ in ꝑpetuū: ⁊ ad tẽpus. ff. eo. l. iiij. ⁊. iiij. ⁊ ad vnaȝ cām ⁊ in plures ⁊ ad oẽs: vt. ff. eo. l. j. ⁊. l. mãdato. ⁊. ṡ. eo. dilect⁹. ⁊ presens ⁊ absens dari põt. ff. eo. l. j. in fi. nec daꝛ inuitus. C. eo. inuit⁹. ⁊ debet expꝯ̃sse cõsentire: al's inuitus videꝛ. ff. eo. filiusfamilias. §. inuitus. ⁊ quilibet qui nõ prohibeꝛ dari potest: q2 prohibitoriū est h̄ edictum. ff. eo. inuitus. §. j. ⁊ certus debet esse ꝓcurator. ff. eo. l. iij.

Procurator põt dari ad lites ꝑsentes et futuras i diez ⁊ sub ꝯditõe ⁊c̄.

Procuratores si sint pl'es/ an sil' agere possint.

admisit. ¶ Quãuis ad futuras[a] controuersias constitutum. ¶ Qui lꝫ simul cū alijs[b] datus fuerit: prius tamẽ procurationis officiuȝ occupauit. ¶ Qñ fieri nequiuisset in procuratoribus diuersis temporibus[c] cõstitutis: quoniam dato posteriori prioris esset procuratio[d] reuocata.† ¶ Potuit quoq; is ⁊ debuit ã sentẽtia: in eo q lata extitit contra ipsum[e]: nostram audiẽtiaȝ appellare[f]: vel si iusta causa[g] excusabat eūdem saltē domino ꝯtestari[h]: vt ad appellationis

¶ Glo. seq. querit. arguit negatiue. soluit distinguẽdo.

† ¶ Cõ. tex. in. l. si qs euȝ. §. fi. ff. eo.

b ¶ Cuȝ aliĳs. Sic ergo pꝫ q plures ꝓcuratores simul dari pñt. iij. q. vj. §. forma. in fine. ⁊. j. de testi. insuper. et. ff. eo. pluribus. ⁊. ff. de administr. tu. decreto. §. j. sed nūquid ambo: vel etiam si sunt plures simul agere debẽt: vel vnus sine altero? Videꝛ q vnus sine altero agere nõ possit. ar. ṡ. de offi. deleg. cām. ⁊. ff. de re iudi. duo. Dicas si plures dati sunt simul insolidū potior est cõditio occupãtis: vt hic. Unde supple hic insolidū. sil'e. ff. eo. pluribus. ⁊. ff. de leg. j. si pluribus. in fi. ⁊. j. de ap. vt debitus. ⁊. ṡ. de rescrip. caplm sancte crucis. sic. ff. de admi. tu. decreto. in fi. ⁊. ff. de ver. obli. si tutius. ar. ff. de duobus reis. ex duobus. Qñq; ille tñ dr̄ occupare: qui primo ad sñiam venit. ff. de pecu. si ꝓ. ⁊. ff. de noxali. siquis. Sed si simul occurrerẽt ad litem ꝯtest. iudex tūc põt eligere magis idoneum: ne repugnãtia inde ꝯtingat: vt si vnus negaret: ⁊ alter ꝯcederet. ff. de accu. si plures. ⁊. ff. de admi. tu. decreto. in fi. Si ꝓ nõ sint dati insolidū: sed simpl'r: tūc neuter agere põt vel defendere sine reliquo: ⁊ sunt simul admittẽdi: sicut iudices qui danꝛ sine clausula illa: q si non oẽs ⁊c̄. Sed ideȝ videꝛ dicẽdū/ siue addaꝛ insolidū/ siue nõ: cum ratio illius. l. si plures. §. cõditionis. ⁊. l. decreto. nihilominus remaneat. Et ideo forte nõ ponit hic in tex. insolidū: q2 adũsarius ab initio ꝓuiderat sibi vt iudex magis idoneum admitteret. Ber.

c ¶ Temporibus. Ponit tenorem illius. l. ff. de procur. siquis cum procuratore. §. fi.

d ¶ Procuratio. In quo casu nõ est melior occupãtis cõditio: q2 dãdo scd'm priorẽ reuocare vr̄: vt h̄ dicit. ⁊. l. ꝑdicta. siqs cuȝ ꝓcuratore. §. vlt. nisi dãdo scd'm exprimat: q priorez vult durare in ꝓcuratorẽ. ff. de leg. j. si pluribus. sic est in iudicib⁹: q2 scd'm rescriptū derogat primo. ṡ. de rescrip. ceteꝝ. Qñq; scd's priori adiūgiꝛ. ṡ. de offi. dele. corã. Ad vnã aūt liteȝ pluriū ꝑsonaꝝ ⁊ vnus ⁊ plures ꝓcuratores dari pñt. ff. eo. siqs. cum. §. vnus. Qñq; tñ plures ꝑsone nõ pñt agere vel expiri: nisi per vnū defensorẽ/ seu defendere: vt vbi plures fideiussores sunt ⁊ volunt defendere eum: pro quo fideiusserūt iudicatū solui. ff. iudi. sol. iam tñ. §. si tñ. Et plures heredes necesse habẽt dare procuratorem ne actor incõmodo afficiaꝛ: si defensor in plures personas diuidaꝛ: vt in. l. ꝑdicta. iam tñ. §. si tñ. ⁊. ff. de exerc. ne in plures. Idẽ est in redhibitoria. ff. de edil. edic. qd' si nolit. §. si plures. Idem est vbi ille qui agebat iudicio fami. hercis. cõmuni diui. si. reg. decessit pluribus here. relictis: q2 oẽs vnum procuratorem dare debent. ff. fami. hercis. si familie hercisciūde. ⁊. ff. de procura. lꝫ. in fi.

Ponit casuȝ exemptuȝ ⁊ inducit sil'e.

beneficiuȝ conuolaret. ¶ Lꝫ appellationeȝ ꝓsequi non teneretur inuitus. I dem.

¶ Procurator vniuersitatis: cui⁹ maiores ⁊ iurati sunt excõicati: nõ repelliꝛ ab ĩpetrando: nisi illi in procuratorio sint expꝯ̃ssi: vel eoꝝ auct͠e factū sit: vel ad id scienter sint admissi. h. d. ⁊ est decisio not. ⁊ subtilis.

Consulti sumus Cap. xv.

Consulti sumus an ꝯstitutus ad impetrãduȝ a cõitate aliqua ꝓcurator ab ĩpetrãdo deberet excludi: pro eo q maiores et iurati[i]: † per quos eadem cõitas rege/

e ¶ Cõtra ipsum. Bene dicit ꝯtra ipsum: q2 in persona procuratoris semper formãda est sentẽtia: al's non tenet. C. de sentẽ. ⁊ interlo. om. iudi. l. j. siue ab initio/ siue post litem ꝯtestatã procurator interuenit. C. eo. nihil. De hoc dixi. ṡ. de elec. querelam. Et no. q iste §. ponit tenoreȝ illi⁹ l. C. eo. inuitus.

Arg. ⁊ n mittit.

f ¶ Appellare. Procurator ergo appellare tenetur: sed prosequi non cogiꝛ. C. eo. inuitus. Qd' si non fecerit imputatur ei. ff. de neg. gestis. liberto. §. vlti. in fi. Vel salteȝ denūciare tenetur domino sñiam latã cõtra ipsuȝ: vt dñs appellet si voluerit: q2 culpa ipsius amisit cām: ⁊ ip̄e non poterat diuinare. Unde imputaꝛ sibi. sil'e. ff. manda. si fideiussor. §. si cum debitor. Et hoc est verum cum dñs nesciuit. si ꝓ sciuisset certiorari non debuit. ff. de acti. emp. ⁊ vẽdi. l. j. in fi. ⁊. ṡ. de rescrip. ab excõicato. vnde tūc sibi ĩputet dñs q non appellauit. Vel põt dici q appellare teneꝛ procurator vel dño denūciare: q2 hic non distinguiꝛ vtruȝ dñs hoc sciat: vel ignoret ꝯtra se iudicatū: al's mãdati tenebitur: nisi alterū faciat: nisi iusta cã euȝ excuset: vt dicit lr̄a sequẽs: puta iustus met⁹: tūc denūciet dño. j. de ap. c. vlti. vel inopia: sicut dr̄ de fideiussore ꝯdẽnato vltra verū debitū. Qui non põt ꝓpter inopiam appellare dꝫ hoc denūciare principali persone. ff. mãda. si procuratorẽ. §. si ignorãtes.

Reci. p. c an dño s enti sñia latam si

g ¶ Justa cã. Puta infirmitas/ paupertas/ vel met⁹. Osti.

h ¶ Contestari. Idest denūciare coram testibus: vt. ff. mãda. l. si procuratorem. §. si ignorantes.

Consulti sumus. ¶ CASVS. Quedã cõitas cõstituit quedã procuratorẽ ad impetrãdū: maiores de illa cõitate: ⁊ iurati per quos eadeȝ cõitas regitur erant excõicati: eo tp̄e quo iniūctū fuit illi ꝓcuratoris officiū. Queriꝛ vtrū talis ꝓcurator ꝓpter hoc ab impetrãdo debeat repelli. Rñdeꝛ q nõ est ꝓcurator huiusmodi repellẽdus: nisi illi excõicati exp̄ssi essent in lr̄is ꝓcuratoris: vel nisi al's eoꝝ auctoritate ꝓcuratio facta fuisset: vel nisi ipsa cõitas sciens eos esse tales simul cum eis ꝯstituisset eūdẽ. ¶ Nota q si maior pars sciẽter admittit indignū nihil valet qd' agiꝛ: sed si ignorãter per paucos vitiatur factuȝ maioris partis. Item vtile vitiaꝛ per inutile. Iteȝ expressa qñq; nocent: non expressa nocent.

¶ Cõsulti. ¶ Cõis diuisio. Scd'a ibi [Taliter.] Abb.

¶ Glo. sequens aperit dubiuȝ. Secūdo querit/ arguit/ ⁊ soluit. solu. opponit. ⁊ oppositioni respon.

i ¶ Jurati. Per hoc videbaꝛ q procuratio nõ valebat: q2 maior ⁊ iurati per quos cõmunitas regebaꝛ erant excõmunicati: ipsi quasi caput vniuersitatis cẽsentur: ⁊ ipsi iurant pro censis vniuersitatis. C. de iuramẽ. calū. l. ij. §. hoc etiaȝ. in fine. ff. de cõdi. ⁊ demõstra. municipib⁹. ff. ad municipa. municipes. Huiusmodi maioribus cura totius reipublice cõmissa est: vt dicit lex illa municipes. Unde videꝛ q institutio procuratoris nõ valeat: ⁊ sic ille procurator debet repelli: cuȝ auctores illius non reciperenꝛ. j. de testi. lꝫ. Sed quid dices impetrator est excõmunicat⁹:

¶ No. illud in tex ibi. a cõitate aliq̃ q quelibꝫ vniũsitas potest dici cõitas sic qd' legitur ⁊ no taꝛ. xv. di. c. j. Abb.

Excōicat⁹ i lras ipe ret p nō excōicatis non valeāt.

impetrauit literas pro non excōicatis etiaʒ credentibus illū non esse excōicatum.vel etiā credētibus nunqd va- lent litere vt per eas pcedat. Videt q sic:q2 nō refert p quēcunq3 preces oblate sint. C.de pcl.impe.offe. vniuer sis.z mulier etiā admittitur ad impetrandum que alias ad iudiciū p alio nō admittitur.ff.de reg. iuris.l.ij.C. de pcu. alienā.super hoc di- cas q tales litere bn valēt z tenent: licet impetrato2 qui eas impetrauit repulsus fuisset ab impetran- do si vicecācellarius illum excōicatum sci uisset:cū etiam si pn cipalis dnis eas im- petrasset valerent eo absoluto.j.de excep. pia.lib.vj.de hoc te- neas sm q ibi no.in glo.sed mirū. Sʒ vi q lre ipetrate ab ex cōicato non valeant p hoc qd dicit si ma- io2 z iurati excōicati essent expressi in literis procuratio- nis: pcurato2 co2um deberet ab impetrādo repelli z ipsi ijdem repellerent. Ergo multo fortius litere impetrate ab excōicato non valent:q2 si excōicatus repellit ab im petrando z litere impetrate ab ipso repellēde sunt. Hoc ita intelligendū est cū vicecancellarius z alius qui lite ras cōcedit scit illos.s.maiorē z iuratos excōicatos: tūc debet pcurato2 co2um repelli ab impetrādo:q2 z ipsi re- pellerent. z ita non decet eis per aliū quod per se non li ceret.j.de testi:lʒ. Excōicati publice nec per se nec per alium ad agendū vel ad impetranduʒ vt agant admitti debēt.j.de excep.exceptionē.in fi. Si ho vicecācellarius ignorat impetrantē excōicatum nec cōtra ipsum excipia tur z literas obtinuerit:valebūt z poterit agere per eas cū fuerit absolutus.j.de excep.pia. Ber. Quidaʒ dicunt

Additio.

q valent litere:ego credo q non valent:q2 sunt ipetrate ab excōicato cuius procuratio nō tenet.j.de pbatio.post cessionem.lʒ ille ad litem esset datus:z indignū est scri- pturā illius admitti cuius aucto2 dānatur.j.de hcre. fra ternitatis.nā si sciuisset illū talē q literas cōcedit fuisset repulsus:ergo z tu debes repellere ipsuʒ cū suis instru- mentis.j.de hcre.excōicamus.§.credentes.ver.tabellio. q2 eadem ratio zc.§.de rescrip.super literis.

a ¶ Expressi.expressio ergo nocet hic q2 p hoc apparet q eoꝝ mandato fuit cōstitutio facta tanq3 maioꝝ vnde nō valet:q2 si maio2 de vniuersitate:puta administrato2 cōsules prelatus excōicati sint:vniuersitas agere nō pōt q2 quasi mortua tunc habet.xj.q.iij.nemo epo2um. z ita quasi vacare intelligit. vnde agere nō pōt.j. ne se.va.c. j.ij.z.iij. Idem est si in pcuratione nō sint expressi:dum tamen constet q eoꝝ auctoritate constitutio sit facta vt hic dicit.sed cum expressi sunt:tunc constat:z sic expres- sa nocent.non expressa nō nocent.ff.de reg.iur. expressa. z q2 eo2um auctoritate factum est propium factum cen setur:q2 omnia nostra facimus quibus auctoritatem im partimur.C.de re.iur.enu.l.j.§.sed neq3.in fine.

b ¶ Procuratoris.puta q2 dicebatur in procuratiōe: ta lis cōitas fecit titiū suum pcuratorem ad impetrandū: z maio2 z iurati interposuerunt suam auctoritatem.

Argu. ad brocar. q viciat vti-

c ¶ Tales.z ideo imputat q2 nō debebāt illos ad hoc associare.si.§.de elec.scriptū est.in fi.z est arg.q vtile vi ciat hic per inutile.arg.ad hoc.ix.di.si ad sacras.z.§.de offi.deleg.sup questionū.§.si ho.z.iij.q.ix.puta.z.ff.de edil.edic.cum eiusdē. Sic z vna ouis mo2bida totū gre- gē inficit.xxiij.q.iij.resecāde.z.j.de sta.reg.ea que.j.rñ. in fi.§.de offi.deleg.cū sup. Ar.cōtra q nō noceat factū illoꝝ.§.de elec.illa.z.j.de cle.ex.mi.si celebrat.z.§. de elec.cū vintosi. z.C. de trāsac.si ex falsis. z.j.de re iudi.cū.i.z a. Sʒ dato q valeat cōstitutio z impetra tio literaꝝ:q2 nō sūt expressi in cōstitutio ne vel aliij ignorabāt illos esse tales : sed cōi voluntate oium hoc factū est.nunqd poterit agere vniuer sitas vel collegiuʒ p syndicū auctoritate illaꝝ literaꝝ cōstitu tū ab illis z ab alijs cōiter:si obijcitur q maio2.s.administra- to2 prelatus z aliqui de maio2ibus sint ex cōicati:z paratus sit hoc pbare excipiens: Et vī q potuerit agere:q2 sicut vʒ cōstitutio ad impetrandū:ita dʒ valere cōstitutio syndi ci ad agēdū:dūmodo cōstitutio syndici similis sit cōstōni pcuratoris. Sed videt q hoc esse nō possit:q2 in syndi- catu debēt exprimi maiores psone. z alij etiā z precipue prelatus administrato2 : vt appareat an sint due partes vel maio2 pars vniuersitatis.ff.qd cuiusq3 vniuer.plane. z collegiū sine prelato nō conuenit vel cōuenit.j. de iu- di.cām.sed hoc nō pōt cōstare nisi exprimant noīa in ipsa cōstitutione. Vel satis potest dici q lʒ litere valeāt pre- dicto modo impetrate:cōstitutio tū syndicatus non va- leat nisi illi absoluant.nec est hoc incōueniens: q2 vnus solus vel pauci de capitulo possent ipetrare lrās pro ec clesia vel cōstituere pcuratorem ad hoc cū sint cōiuncte psone.vt ar.§.de rescrip.nōnulli.z.xij.q.ij. nō liceat. B.

le. zc. all. vij.iura et v.alle.i cō trariū de mum ḡrit ar. p z ḡ: z soluit.

† ¶ Con cor.tex. in l.iiij. §. B autē iudi- cium.ff.de dā.inse.

batur tpe quo iniunctū fuit p curationis officiū:erāt excōi- catiōis snīa inodati. ¶ T.r. q nisi essent illi in literis pcu ratiōis expssi [a] : vel alias eo ruʒ auctoritate pcuratoris [b] institutio facta fuisset : aut sciens eos esse tales [c] ipsa cō munitas vna cum eis consti- tuisset eundeʒ:nō est procura to2 huiusmodi repellendus.

¶ De syndico.

Gregorius papa subdia. de- fensori sicilie.

¶ Religiosi debēt hre syndi cū qui cās monasterij agat z defendat:etiam si oportuerit cōstituto illi salario. Capl'm.j.

Sicut studij nrī eē dʒ a litigijs foren sibus monachos submouere [d]:ita necesse est nrā p uisione quēadmodū negocia eoꝝ disponi debeāt o2diare.† ¶ Pro qua re tibi pcipimus qten⁹ cū Fausto loq debeas: cui si voluerit cōstituto sala- rio monasterij gnālr [e] debe- as negocia cōmēdare. Expe-

¶ Rubrica. De syndico. Viso de procuratore qui ge- rit negocia domini.merito subijcitur de syndico qui ge- rit negocia vniuersitatis.

Continua tio.

Sicut. ¶ CASVS. Dicit hic pa. q ad eius officiū ptinet monachos remouere a forensi bus litigijs:z eodē modo ad ipsum pertinet qualiter eoꝝ negocia debeant o2dinari. vnde mādat isti subdiacono defensori sicilie:qua- tenus loquatur cū quodā fausto:z ei cōstituat salarium de bonis monasterij cōstituens syndicū siue pcuratoreʒ generalē ad oīa negocia monasterij in iudicio pcurāda expedit enim vt modicū dānū sustineant:vt ab hmōi li tigijs cōquiescant z diuinis intendāt. ¶ Nota q mona chi non debent esse syndici etiam p causis monasterij: sed istud ex honestate dictum est qd contrarium serua- tur:nec repelluntur propter hoc.

¶ Sicut studij. ¶ Diuiditur nā primo premittit exo2 dium ponens duas causas mandati. Secundo in medio ponit mandatum ibi[pro qua zc.] Abb.

d ¶ Submouere.xvj.q.j.monachi.

¶ Glo.seq.tractat de syndico : quid sonet hoc nomen: ad quas causas detur:a quo:an caueat de rato vel de iu iudicato soluendo:an iuret de calūnia:an possit esse la- cus.subdit hoc ca.de honestate loqui.

Syndicus

¶ No. in ter.i fi.ibi seruos dei q mōachi dicunt ser

e ¶ Generaliter debeas negocia cōmēdare. z pprie ta lis vocatur syndicus. Unde no. q hoc nomen syndicus nomen grecū est latine defenso2 appellat :z ad certam

ni dei z fa ctr.c.mul tos. liiij. dis.z licet oes sint s ni dei tn p excellētiā isti spālr appellant̄ filii dei qz fideliue si bi seruire debēt quē admoduʒ papa appellat se ex humili tate z per excellētiā; nedum ser uum dei: sed seruuʒ seruorum dei. Abb.

cām agendā vel defendendā eligit.ff.de mu.z ho.mune rū.§.defensores.z generaliter ad oēs cās p̄ntes z futu ras.vt hic.z.j.de iur.calū.imperator.z cōstituit ab vni uersitate seu collegio vel corpe.ff.qd cuiusqz vni.l.j.z l. itē eoꝝ.§.si decuriones.z syndicus iste si dubitat̄ de mā dato dʒ cauere de ra to si agat: z partib᷒ pcuratoris fungit̄:z ex eisdē causis muta ri pōt ex quibus pro curator.vt.l. p̄dicta. iteʒ eoꝝ.§.pe.z vlti. Sed non cauet de iu dicato soluēdo vt cū defendit vt dictū est ś.tit.ptri.mandato. qz talis syndicus p sonā sustinet vniuer sitatis siue collegij. sic z tutor non cauet de iudicato soluēdo sed iudicio sisti. C. de admi.tuto.sanci mus.§.defensionē. z iurat de calumnia iste syndicus in ani mā ppriam.j.de iu ra.calū.in ptractan dis.z cap.imperato ruʒ.z tutor z curator iurāt de calūnia.vt C.de iur.calū.l.ij.Item posset esse laicus vt vi͂ hic in fi. qz seruos dei litigare nō opʒ.ij.q.vij.sicut sacerdotes.et xj.q.j.te qui idē.z.§.ex his oibus.vel ad secularia iudi. si habueritis ptemptibiles zc.in auc.de san.epis.§.aliū aūt.col.ix.z.j.de iura.calū.c.j.in fi.Qd dictuʒ est satis esset honestuʒ:qz quelibet psona ecclesiastica dʒ habere pcuratorē bone fame p quolibet ecclesiastico negocio. v.q.iij.qz epi.tn̄ cōtrariū fit quotidie:qz clerici z mona chi pnt eē syndici z tractare vtilitates ecclīaꝝ.xvj.q.j.q vere.z.c.monachi.z iura p̄dicta loquunt̄ solūmodo de honestate.sicvidemus seruari de facto.z dʒ pstitui qn̄qz ab epo qn̄qz a caplo:put notat̄.ś.de rescrip.c.edoceri.

a ¶ Incōmodo.i.potius debent modicum incōmoduʒ siue damnum sustinere in eo quod dabunt syndico z ces sare a litibus z per alios litigia exercere.

¶ Rub. de his q̄ vi metus ve cā fiunt. Supra in p̄cedē tibus titulis visum est de his que spōte egimus in iudi cio vel extra:merito subijcit̄ de his que agimus coacti z inuiti:nā iura dant remediū rescissoriū aduersus ea que fiūt per metū.z appellat̄ actio qd metus cā.z scias q̄ re gulariter gesta per metū tenent:sʒ veniūt rescindēda p actionē qd metus cā.Fallit in qbusdā casib᷒ in qb᷒ me t᷒ vitiat ipo fcō vt plene no.j.e.c.abbas.z pperit h̄ actio ad iteresse:vt colligit̄ in.l.si cū exceptiōe.in pn.ff.e. ab.

¶ De hac materia tractatur.xv.q.vj.xx.q.iij.z. xxiij.q. vj.z.q.v.per totū.z.q.iij.in multis.z.vj.q.j.§.hoc tunc. j.q.j.constat.xv.q.j.merito.

dit enim pro paruo incōmo do [a] a strepitu causarum ser uos dei esse quietos.

¶ De his que vi metus ve causa fiunt.

Alexander.iij.exon. epo et priori scē marie cessar ragien.

¶ Si qs timore mortis po stea ratuʒ nō habens religio nē pfitetur exire z matrimo niuʒ contrahere pōt:secus si a principio vel ex post facto libere consensisset. Caplm.j.

Perlatū est ad au diētiam nr̄am q̄ cū qdā nobilis z potens.M.vxo rē suā suspectā [b] hēret; milites sui eius prece pto eam ad quādā siluā ducē tes:euaginato gladio occide re voluerūt:sed tandē pieta te ducti sub tali cōditione pe percerūt eidē:q̄ in monaste rio de colobeis habituʒ susci peret monachalem.et infra. ¶ Epi vo missi a viro vt ei velū imponerent:qz iuuenis erat z filiū paruulū habebat mutationē vite sue suspectaʒ habētes: seorsum cōuenerūt eandē:que reʒ patefaciēs q̄ mortis timore monasterium intrabat: pposuit [c]: z q̄ inde qn̄cūqz posset exiret. sʒ alter epoꝝ vt viri tyrānidi satisfa cere videret̄ mulieri veluʒ [d] iponere simulauit [e]: tandē vi sublatus:mulier sta tim de monasterio exiuit z aliū maritū accepit pter quod epus diocesanus ad instantiā monialiuʒ illos excommunica uit. Mulier factum istud dn̄o pape signi ficauit. vnde mādat qbusdaʒ iudicibus: quatenus dictā mu lierē z virū eiusdem a snīa excōicationis absoluant recepto iu ramento q̄ eoruʒ sta bunt mādato:deide mulierē illā z abba tissaʒ z moniales an te presentiā suam fa ciant presentari. z si legitime pbatū fue rit mulierē illaʒ mo nasteriū intrasse nō timore mortis:sʒ spō te vel etiaʒ timore si lo intrauit z postmodū mortuo viro ratuʒ habuit quod prius fecit:per censuram ecclesiasticam ad monasteriuʒ redire cogatur. ¶ Nota q̄ protestatio valet. Itē votuʒ timore mortis emissum non tenet. Item q̄ ab initio non tenuit confirmatur ratihabitione sequenti.

¶ Perlatum. ¶ Prima pars narrat factum: secunda dat iudices ibi[ideoqz.] Abbas sicu.

b ¶ Suspectam.i.de adulterio.

¶ Glo.seq.ar.p protestatione alle.iiij.iura. z vnum in contrarium:z ibi remittit.secundo querit z soluit.

c ¶ Proposuit.hic ergo valet protestatio. z.xxxj.q.ij. lotharius.xxxiij.di.diaconi.z.vij.q.j.pontifices. z.ś. de elec.cumana.cōtra.ś.de cōsti.cuʒ.M.in quibus de hoc sed quid si non audet protestari:Nō obest.C. de re.cre. generaliter.§.ipse arg.xxxiij.q.ij.non satis.in princ.qd intelligitur si constet in iudicio.

d ¶ Velum.i.conuersionis:quoniam velum consecra tionis quod tm̄ virginibus datur imponere non debet. xx.q.j.de votis.z.j.de reg.vidua.

¶ Glo.seq.notat ad brocar.simulationis.alle. ad pmā partem septē iura z ad secundā alia septem:z soluit.

e ¶ Simulauit.Nota q̄ vtilis simulatio pmittit̄. xxij. q.ij.vtilem.ff.de nouo.doli excep.in fi. z.xxiij.q.ij.dn̄s. ff.de do.l.j.§.non fuit.z.xliij.di.in mandatis.institu. de acti.§.alle.z.xxij.q.vlti.vt pridē.arg.contra.xxvij.dist. q̄ interrogasti.ff.de iusti.z iu.l.j.§.j.z.xij.qō.j.certe er go.ff.de offi.presi.congruit.§.vlti.C.de iure do.in rebus in fi.xxij.q.v.cauete.z.C.de ince.nup.l.vlti.in fi.Sol.do lus:fraus z simulatio sunt nomina reatus qui nunqz per mittitur a canone:qz qui peccat non peccat legis aucto ritate.xxiij.q.iiij.qui peccat. Aliquando vulgari cōsuetu dine denominat actus legitimos:z tunc permittunt̄: vt in primis concor.xxxvj.q.ij.§.his auctoritatibus:z sic si mulatio boni qn̄qz bona est:vt hic z permittit̄:z quādo qʒ mala vt hypocrisis vt.c.q̄ interrogasti.z.c.certe.z.c. cauete.Simulatio mali quandoqz bona est:vt fuit simu latio dauid:qui simulabat furorem.ut.c.vtilem.z.c.dn̄s

¶ No.p̄. mo vnum modū p̄c bandi me tū instrūi si i loco so litario eua ginato gla dio qs mi naf mortē ¶ No.fo ex text.ibi nobilis et potens q̄ nō oīs no bilis dʒ r tēs:nec ad incutiēdū metū suf ficit nobi litas.sʒ re quirit̄ po tentia vñ magis ti mebat hec mulier po tentiaʒ q̄ nobilitatē Abbas.

¶ Perlatum. ¶ CASVS. Quidā nobilis cum hēret vxorem suā suspectā precepit militibus suis vt eā ducerent ad quandā siluā z eā occi derēt.ipsi duxerūt illā ad siluā z gladio eua ginato vt eā occiderēt:tn̄ pietate moti peper cerūt eidē sub tali cōditione q̄ in monasteriū monialiū susciperet habitū monachaleʒ z sic ducta fuit ad mōaste riū miles maritus ipsi᷒ misit duos epos ad monasteriū: vt ei velū iponerent:epi vo qz iuuenis erat z filiū paruu lū hēbat suspectā habuerunt de mutatiōe vite ipsius tr o

z de cōse. di. ij. accesserunt: vbi dicitur. Ferebatur dauid manibus suis: sꝫ manibus suis nemo portatur: christus enim manibus ferebatur de cōsecra. di. ij. accesserunt.

Reci. p cō trarium.

a ¶ Quod vestro. Sic. j. de sen. excō. ex tenore: sed cōmunis forma est ꝙ iuret qui absoluitur stare mandatis ecclesie. j. de ap. ad hoc. z. j. de sen. excō. cuꝫ desideres: sed nō refert quocūqꝫ istorum modorum iuret qꝛ lꝫ iuret stare mandato iudicis: per illā formam non intelligitur aliud ꝙ p allā nec magis astringitur: quia mandatum suum debet esse ſm ius. nec ad aliud extenditur: quia nec de alio intendunt.

† ¶ Facit ad hoc tex. in. l. j. et qđ ibi not. ff. de rei vendi.

¶ Glo. sequēs obijcit de negatiua z soluit. Iterum obijcit z q̄drupliciter soluit: z primam reprobat.

b ¶ Nō timore mortis. Sed qualiter potest hoc probari cuꝫ sit negatiua. Respō. ista negatiua includit in se affirmatiuā hanc. s. sponte religionē intrauit. sicut. s. de renun. super hoc. de hac negatiua dictū est. s. de elec. bone. Et hanc negatiuam debent probare moniales que mulierē illam repetebant. sed videtur ꝙ potius mulier illa debuit probare ꝙ timore mortis intrasset: qꝛ moniales fuerunt in quasi pos. illius sine monasteriū: z quasi fundata erat intentio monacharū per talē possessionē z cohabitationem z velꝫ susceptionem z mulier allegare videt metum mortis: sed qui hoc allegat illud dꝫ pbare. ff. qđ me. cau. nō est. Rñ. ꝙ verū hoc: sed qꝛ cōstabat de prestatione voluntatis ab initio facta adhuc presumitꝫ nolle. xxxj. q. ij. lotharius. ff. de le. iij. si quis. in pn̄. z qui voluntatem inmutatā allegat: hoc pbare dꝫ vt hic. z. ff. de pba. eū qui. C. de testa. sancimus. z. C. de ap. precipimus. in fi. z. ff. de leg. iij. fideicōmissa. §. si rē. z. ff. de le. j. si mihi. §. interdū: sꝫ hoc non habetꝫ ex hac lrā ꝙ cōstaret de ꝓstatione: nisi per narrationē premissaꝫ: ideo aliter dī eo ipso ꝙ mulier hec nō pbat: intelligunꝫ moniales pbasse suā intentionē ꝑ sumptiue cū de facto ꝯstaret. lꝫ non de forma facti. C. qui mil. nō pos. sup seruis. li. xij. Uel moniales spōte omnes ꝓbādi subire volebāt: vñ mos eis gerēdus fuit. j. de resti. spoli. lꝫ. in fi. ff. de pba. circa eum. z talis metus bñ excusat sine timor z metus stupri: z timor seruitutis z metus verberū. ff. eo. isti qdem. z. C. de transactio. interpositas z. j. c. proxi. z que fiunt iusto timore reuocantur. C. de re. credi. l. generaliter. Uel dic ꝙ vtraqꝫ pars debet docere de iure suo. simile. s. de renū. super hoc. Ber.

¶ Glo. seq. notat/signat contrarium/remittit/z soluit.

c ¶ Postmodum. q. d. si constaret de metu ab initio: z postea spōte ratū habuit: votū suuꝫ tenuit. si. j. de regu. significatū. z. c. cum virum. vbi habes ꝙ illud qđ ab initio non tenebat per ratihabitionē roboratur: sic etiaꝫ in mr̄imonio carnali. j. de spō. ad illud quod. z. j. de despō. impu. de illis. in fi. no. z aliud colligit hic manifeste ꝙ aliquis vxoratus vel vxor alicuius etiā iuuenis si viuente altero sciente z consentiente intret religionem profitendo de timore aliquo etiaꝫ iusto: vt hic erat: z postea ratū habeat sponte. vel interim etiā mortuo marito ꝙ in tm̄ teneat votum ꝙ non possit vlterius ad seculum redire: z si redierit: cōpelli debet reuerti ad monasterium: et tamen viuente marito non tenebat votuꝫ vsqꝫquaqꝫ quantuꝫ ad maritū qui in posſit eā reuocare. ar. ad idē. j. de cōuer. cōiu. ex parte cōsuluit. Cōtra. e. tit. placet. qdā intrauit. vbi de hoc. Et dic postmoduꝫ. s. post mortē viri z ita planū est qꝛ viuente viro metus mortis durare intelligitꝫ. qđ ex eo colligitꝫ: qꝛ ante mortem mariti nō fuit ausa exire. Uel dic ꝙ mulier ista habuit viri assensum: quod pꝫ in antiqua decre. qꝛ maritus duxit epōs ad monasteriū vt illi mulieri velūꝫ imponerent. fine misit illos: vt dicitur. ꝫ. ꝟ. epī ꝟo. z ita consensit: sed castitatem non ꝑmisit z ita solēnizauit votum suū si sponte hoc fecit: si ꝟo timore mortis hoc fecit: z postmodum tractu temporis ratum habuit: tenuit votuꝫ ratihabitione sequenti: cū vtroqꝫ casu habuerit viri assensum. Sed standū videtꝫ illis iuribus. j. de cōuer. cōiug. c. cum sis. z. c. ad aplicam. Sed intellige illas ſm ꝙ notatur in c. vxoratus. j. de conuer. coniuga. in no. sed pone.

Negatiua qñqꝫ pbari potest.

...ro de medio sublato: ꝑdicta mulier de monasterio exiens aliū maritū accepit: quos galagoritaneñ. epūs ad instantiā sororꝫ † vinculo excōicatiōis astrinxit: z infra. ¶ Ideoqꝫ mādamuꝫ quatenuꝫ predictā mulierē z virū recepto sacramēto ꝙ vestroa debeāt stare mandato ab excōicatiōis vinculo absoluatis. Deinde tam mulierē ꝙ priorissam z moniales prescripti monasterij: ante vestrā ꝑn̄tiaꝫ ꝯuocātes si legitime ꝓbatū fuerit: nō timoreb mortis predictaꝫ mulierē religionē itrasse: aut qđ fecit postmodūc ratū habuisse: ipaꝫ ad monasteriū redire z habitū ꝯpositū reassumere cēsura eccl'iastica ꝯpellatis.

Idem episcopo vigornieñ.

¶ Qui ꝑ metū amissiōis patrimonij suo bñficio renunciat illud repetere pōt. Ca. ij.

Abbas sancti cadimundi a quo. R. presentiū latorꝫ patrimonium suum tenere dignoscitur milites z burgenses ad domū eius sicut accepimus destinauit: qui eum a domo z vniuersa possessione expellerent: nisi ecclesiaꝫ suaꝫ penitus abiuraret. quod cum idem. R. tali modo coactusd fecisset: abbas alij concessit supradictam ecclesiaꝫ. ¶ Unde quia que metu z vi fiunt de iure debent in irrituꝫ reuocari † mandamus quatenus predicto. R. cum integritate restituas vniuersa.

Abbas scti. ¶ CASUS. Quidā clericus. R. noīe hēbat ecclīam ab abbate sci cadimūdi milites et burgenses suos misit ad clericū illum: vt eum a domo z vniuersa substātia sua expellerēt nisi ecclīam suaꝫ in manu abbatis abiuraret. Qđ tali modo coactus abiurauit z abbas ecclīam illā alij cōcessit. vnde iste. R. cōquestus fuit dño pape. mandat papa epō vigore. quatenus si est ita predicto. R. cū integritate restituat vniuersa: qꝛ que metu vel vi fiunt debent in irritū reuocari. ¶ Nota ꝙ metus amissionis rerū excusat z iustū est. vt ea reuocentur: que tali metu tradita sunt: z iuramentū nō obstat.

¶ Abbas. ¶ Prima pars narrat factum: secunda dat iudices. ibi [vnde quia.] Abbas.

¶ Glo. ista notat/signat cōtrariū/z soluit. scđo notat ꝑ metū facta valere dūmodo zc. reddit causam/dat modū rescindēdi/z cōtra quem agatur/cui signat ꝯtrariū/z soluit. circa modum rescindendi dat casum exceptum cui signat contrarium qđ soluit dando regulaꝫ z sex casus exceptos. ponit opi. contrariam quam reprobat.

d ¶ Coactus. Nota ꝙ si quis per metum amissionis rerū suarū aliquid faciat vel iuret se facturū z illud adimplet iuramentum pōt repetere qđ tali modo fecit vel abiurauit. ar. l. di. ꝑsbyteros. Et intellige de talibus rebus sine qbus vita corporis amittitꝫ vel patitꝫ graue iacturā. xxij. q. iiij. §. vlti. ꝟ. qsqs ergo. Ar. contra. xxxij. q. vij. oēs causationes. Sed nō tangitur hoc. Nota ergo circa hāc materiā: ꝙ ea que ꝑ timorē vel metū fiunt qui possit cadere in constantē virum tenent: z obligat qs per hoc lꝫ

† ¶ Con cor. l. j. cuꝫ gl. fi. z. l. j. cū gl. j. C. z. ff. eo.

¶ No. et c. Abbas ibi debe ret i irritū reuo. arg. optimū ꝙ renūciatio bñficij ꝑ metū fctā tꝫ: lꝫ possit peti illius restitutiō ꝑ actioneꝫ ꝙ metus cā Abbas.

coactus: et iuramentum sup hoc factum tenet dum tamen tale sit sa ctum sup quo iurat vel quod pmittit sine etiam tradit: quod ser uari possit sine interitu salutis eterne: alias non tenet iura mentum. xxij. q. iiij. si aliquid ar. s. de pac. pactiones: quia pro nul lo metu debz quis pctm opari mortale. j. eo. sacris. et potius quelibz mala pati quam malo psentire. xxxij. q. v. ita ne: et ita te nét ca q p metu fiút et iuramentu. j. eo. ad audientiá. Et hoc ideo quia coacta volútas est volútas. xv. q. j. me rito quirit. Sed contra hoc daf actio quod metus cá. et pbato metu re stituit per officiu iudi cis ei quod dedit vel tra didit aut absoluet si pmisit. ff. e. l. metu. §. sed quod pretor. Nec refert in hoc casu qs metu fecit: an is qui possidet. an alius dum modo pbet se p me tu ré pdidisse: quia metus insta in se hz ignorantie cám. ff. e. si cu exceptione. §. in hac. et pót agere tá contra possidété quam cótra illu q metu intulit. ff. e. ti. l. pedius. j. rn. sed si ab vno cósequit ius suu contra aliu agere nó pót. vt i pdicta. l. pedi[9] §. vlti. in fi. sic. ff. de dolo si plures. et ff. de eo p quez fac. erit. l. j. §. si plures. C. de pdi. fur. l. j. ar. ptra. ff. ad. l. aql. ité mela. §. sed si plures. Sz illud est pena hoc itéresse: et pena vnius nó liberat aliu vt in. l. ité mela. §. sz si plures. Et est verum q subuenit metu passo: nisi culpa sua incide rit in metu. ff. e. si mulier. et xxij. q. iiij. iter cetera. ar. contra j. de spó. veniés. et ibi culpa sua incidit in metu: et tn nó tz mrimoniu ptractu p metu. Solue hic ptrariu p distinctio né talé. Tenét ergo q p metu fiunt et subuenit metu paf sis nisi culpa sua incidát in metu. Ab ista doctrina sine gnalitate excipiunt casus in qbus fallit ét si culpa sua incidisset in metum. Et pmo in cá mrimoniu qualiscúqz metus iteruenlat culpa sua vel sine culpa mrimoniu có tractu p metu nó tz: nec obligat q h facit ét si iurat: quia matrimonia libera dnt eé: quia inuite nuptie difficiles exi tus psueuerút hre. j. de spó. requisiuit. et c. géma. et C. de spó. l. vlti. in fi. et vbi metus vel coactio itercedit: cósen sus liber dici nó pót. j. de spó. cú locú: et mrimoniu solo cósensu pfit. xxvij. q. ij. sufficiat. Sz ca. pdictu inter cete ra: vi dicere ptriu. Sz nó pdicit quia ibi nó iteruenit iustus metus q possit cadere in pstáté viru q solus excusat. ff. e. metu. Uel dicas put psueuit exponi mrimoniu sit fir mu et stabile q illud verbu sit nó ponit pceptiue sed có sultiue: et sic. c. illud iter cetera. logt de psilio tm vel me tus nó fuit pbatus. Ité et dos pmissa p metu vel soluta nó tenet quia est accessoria ad mrimoniu. ff. c. si mulier. §. si dos. vbi di q si dos p metu pmittat nó nascit obliga tio. Ité in rebus eccle est spále q nó tenet traditio vel pmissio vel iuramétu factu p metu de rebus ecclie. xv. q. vj. c. j. j. de iureiu. peruenit: quia ét si sponte platus res ec clesie traderet: nó tenet traditio sine solénitate de qua ca uet. xij. q. ij. sine exceptione: multo fortius nó tz traditio de rebus eccle facta p metu: nec iuramentu sup hoc fa ctu: quia si nó tenet pncipale nec accessoriu. C. de leg. non dubiu. et j. de so. ppe. si diligéti. Ité et i voto: quia votu per metu factu nó tenet. s. eo. platu: quia votu res est voti et p cepti et liberu est arbitriu in vouédo: alias nó est votum. xxxij. q. j. integritas. et j. de voto. lz. et voluntariu militez sibi eligit christus. coactu aút sibi auctionat diabolus.

Metu sca tenent nisi in sex casi bus.

Clemens tertius.

¶ Qui terrore laicorum ele ctioni de se facte renúciat: si re nunciatio iurameto vel fide firmata nó sit. regimini ad qd elect[9] erat pfici poterit. c. iiij.

Ad aures nras te signifi cáte puenit q electus q dá in plebanu cuiusdá ecclie ad terroré laicop[a] renuncia uit electioni: que de ipso fue rat a clericis vno excepto vnanimiter celebrata: et ifra. ¶ Tue igit discretioni pñ tibuz inotescat: q renúciatio facta ad terrorez laicop: nisi forte iuraméto[b]: vel fide in terposita sit pfirmata nó ipe dit quominus is q renúciauit ecclie: ad cuius regimen pus erat electus: preficiatur eidé.

Inno. iij. decano et subdiaco no licon.

¶ Qui per metum qui cade re potuit in cóstantez virum beneficio suo renunciare iu rauit: et renúciauit: illud repe tere potuit. Capitulum. iiij.

xv. q. j. nó est. Ité nó tenet iurisdictio p metu extorta. ff. de iud. l. ij. j. rn. Ité auctoritas tutoris p metu extorta nulla est. ff. de auc. tu. l. j. §. vlti. In oibus alijs casibus tenent que p metu fiút. vt dictu est: dú tn talia sint que sine ite ritu salutis eterne seruari possint. Alij dicút contra q ea q p metu fiunt nó tenet ipso iure. ar. l. j. ff. e. l. j. vbi di quod metu factu est ratu nó ha bebo dicit pto. Sed illud non est veru: i mo potius ptra inui tur ex verbis illis: quia quod non est ratu héri nó pót. S. Et hec in pradicta patét in his versibus. Tuto: iu diciu: dos: sacruz: co pula: votum. Hec sex vi facta de iure scias fore nulla. Cetera tus patitur: sed po stea restituentur.

Versus.

Ad aures. ¶ CASUS.

Quidá electus fuit in plebanu cuiusdá ecclesie concordi ter: vno excepto. Ipse ad terroré laicop renunciauit ele ctioni de se facte: querebat vtru nó obstante renunciatio ne pfici deberet eidé ecclesie. Rñdet papa q renúciatio facta ad terroré laicop nó impedit quo minus ille pre ficiat eidem ecclie: nisi forte illa renúciatio cófirmata sit iuraméto vel fide interposita. ¶ Nota q renúciatio ad terroré laicorum non tenet nisi iuramentu interuenisset vel fides data fuisset: cum tale iuramentuz sine periculo anime seruari possit non dz prefici ex illa electione. Ité iuramentum et fides hic equiperantur.

¶ Ad aures. ¶ Cóis diuisio. Scda ibi [tue igit.] Ab. ¶ Glo. seq. reci. per. q. an valuerit renunciatio.

a ¶ Laicop. Talis renúciatio nó tenet etiam si sponte fieret: quia nó est facta in manu plati: vt. s. de renúcia. ad monet. et. j. e. c. primo. et. c. quod in dubijs. vbi de hoc. arg. xvij. q. j. Gonsaldus. tn si sponte renunciasset quo ad se bene teneret: sed quo ad superiorez non: vt no. in illa qd in dubijs. et ar. s. de renun. super hoc.

¶ Glo. seq. ar. a contrario alleg. ij. iura in contrarium ponit opi. demum soluit.

b ¶ Iuraméto. Ergo si iuramentu interuenisset vel fi des iterposita fuisset q vlterius nó repeteret: nó pót eá repetere iuraméto vel fide obstáte quod pót seruari sine in teritu salutis eterne. j. e. cú dilectus. j. de iureiur. si vo. et xxij. q. iiij. si aliqd. sic. j. de resti. spo. accepta. Ar. ptra. j. de resti. spo. c. ij. s. de renú. cú iter. P. et. s. e. abbas. Sol. qdá dicút q hoc quod hic di et in silibus signatis ius cóe est quod in contrarijs dispésatio est: sed ex lra nó colligit dispésatio. Illa decre. j. resti. spo. c. ij. nó ptradicit: quia in alio casu loquit: quia aliud est repetere quod p metu tradi dit vel renúciauit vt hic. et. s. c. pri. et. j. c. pri. Aliud est petere restoné eius quo fuit spoliatus. vt dictu est. s. de renú. sup hoc. Et illa decre. cú inter. P. nó ptradicit: quia ibi non agit ex prima sua instóne: illa decre. abbas nó cótradicit: quia ibi iurauit solúmodo abrenúciare et renun ciauit: sed nó iurauit q nó repeteret. Sed hic dicit papa si iuramentu interuenisset in renunciatione. s. q nó reci peret illam prelationez: tunc non posset prefici illi eccle sie propter iuramentu: quod pót seruari sine interitu ani me: sed non negatur quin prefici possit pbato metu su perioris officio iplorato: sm q fecit in illa decre. abbas et similibus: et sic nó contradicút contraria signata.

¶ No. ex hoc tex. q iuramétuz et fidei iter positio di uersa sút. Sz qro de dña inter h. Sol. di cit Inn. q iuramétuz est cuz sit sup libris reliquijs vel alia re sacra. Fidei pre statio ecú qs pmit tit aliqd p pter deum vel fidé et nil aliud h dicit. In no. Abb.

A D audiētiā3. ¶ CASUS. Magister. B. rector ec clesie de Cheuellis grauissimo metu regis coact⁹ iurauit: q̄ ecclā illā renūciaret in manib⁹ illoꝝ ad quos illa ecclīa ptinebat: qđ ꝛ factū est: cōquestus fuit dño pa pe. Et ipse rñdit que vi vel metu fiūt carere debēt robo re firmitatis. Ideo mandat papa qbusdā: quatenus si ɔstiterit magrm̄ illum ad resignationē per talē metu3 fuisse coactum: qui potuerit cadere in ɔstāte3: p̄fatam ecclīa3 faciāt illi restitui non obstāte iuramēto p̄edicto quo solūmodo tenebat ad resignādu3: sed nō tenebatur ad nō repetēdu3. ¶ Nota q̄ iuramētu3 per metum p̄stitū seruādu3 est: dūmodo fine pīculo aīe seruari possit: vt hic p3. Ite3 iuramētum nō extendit ad alia: q̄ʒ super qbus p̄estitum est.

¶ Ad audientiam.

¶ Diuiditur. quia primo ponitur pars tis conquestio. Secundo dat iudices. ibi[Mandamus.] Abbas sicu.

A D audiētiam nrā3 magistro Su. de cheuel. significāte puenit: q̄ cum eccl'iam de Cheuell. canonice fuisset adept⁹: ꝛ aliqādiu pacifice possedisset: grauissimo tāde3 metu regis: q̄ eam resignaret iurare coactus eam in eoꝝ3 ad quos [a] ptinebat manibus resignauit. Quia ṽo que vi metusue cā [b] fiunt: carere debēt [c] robore firmitatis. † ¶ Mandamus: quatenus si eūde3 ad resignationem [d] cōstiterit vobis per talem metu3 fuisse coactu3: qui potuerit ꝛ debuerit cadere in virū ɔstāte3: nō obstāte iuramēto p̄dicto: quo nō ad repetēdu3 [e]: sed ad resignādum [f] solūmodo tenebat: p̄fatā eccl'iam ei restitui faciatis.

I dem Uidroe. archi.

¶ Excōicat⁹ nō est qui absolute coact⁹ excōicato cōicat: secus si coactio fuit ɔditionalis.

S Acris est cano- [Cāō. v.] nibus: ꝛ ifra. ¶ Distinguimus aūt: vtrum is qui cōmunicat excōicatis inuit⁹: sit per coactionem [g] astrict⁹: aut per metum inductus. ¶ In pimo casu tale3 nō credimus excōmunicatione teneri: cum magis pati q̄ʒ agere videatur. ¶ In secundo: l3 metus attenuet [h] culpam: † q2 tñ nō eam p2sus excludit [i]: cum p2o nullo metu debeat quis mortale petm̄ incurrere [k]: excōicationis labe credimus inquinari.

a ¶ Ad quos. Al's nō tenet resignatio. s. de renūci. admonet. ꝛ. c. qđ in dubijs. ꝛ. s̄ c. pri. ar. vj. q. iij. denicq.

¶ Glo. sequens ponit antiquum edictum pretoꝝum: ꝛ di cit quid sit vis. ꝛ in fine. quid sit metus. interserit quinq3 modos quibus dicitur vis.

b ¶ Causa fiunt. Olim ita dicebat: qđ vi metusue causa gestum est: ratum nō habeo. Uis enim fiebat mentio propter necessitatem cōtrariam spōtanee volūtati. Sed hodie detracta est vis mentio: ideo scilicet: quia qđ fit vi atroci: id metu quoq3 fieri videtur: quia vis includit in se metum: ꝛ est superius ad metum. ff. eo. l. j. ꝛ. ij. Et dicitur vis impetus maioris rei cui resisti non potest. ff. eo. l. j. ꝛ. ij. Ui dico compulsiua que inducit actionem: quod metus causa: vt legibus p̄dictis. Et non expulsiua: q2 illa inducit interdictum vnde vi: de rebus imobilibus tm̄: et de his que immobilibus coherent. Nec ablatiua in rebus mobilibus: que inducit actionem vi bonoꝝ3 raptoꝝ3 circa mobilia tm̄. ff. de vi ꝛ vi arma. l. j. §. si fundus. ꝛ §. ij. ꝛ instit. vi bono. rapto. §. sed nedum. Nec etiam turbatiua que inducit interdictū vti possidetis in rebus im mobilibus: ꝛ in rebus mobilibus interdictū vtrobi. cum duo se possidere contēdūt. Nec inquietatiua que inducit interdictū qđ vi aut clam: vt cum quis nō finit aliū vti re sua quiete: vel curare: vel alia facere: vel quādo alter eo inuito vult aliquid edificare in suo: vel iam forte edificauit: nec distinguitur in hoc interdicto iuste vel iniuste fecerit. ff. quod vi aut clam. l. j. Metus aute3 est instantis: vel futuri periculi causa mētis trepidatio. ff. eo. l. j. Et no. q̄ l3 non sit necessariū periculū p2esens esse: tñ exigit metum esse p2esente3 saltem p2o futuro periculo: non enim sufficit suspicari eum inferēdum. ff. eo. metum. j. rñso. Et dicitur metus: q2 mentem tenet.

c ¶ Debent. Qualiter hoc intelligat dī. s. eo. abbas.

¶ Glo. sequens recitetur per questionem.

d ¶ Ad resignationem. Nota q̄ l3 metus interuenisset in p2estatione iuramēti vel alicuius pmissionis: si postmodu3 in resignatione vel solutione non intercessit metus: quia sponte postea renūciauit vel soluit: non pōt repetere: prima enī3 violētie turpitudinis cā sublata est. C. eo. ti. l. ij. ff. de cōdi. ob tur. cām. et. s. eo. perlatum. in fi.

¶ Glo. sequens signat contrarium et respondet.

e ¶ Repetendum. s. eo. ad aures. arg. cōtra: vbi obstat iuramentum. Non est cōtra: quia ibi iurauit q̄ non repeteret: vt ibi dictu3 est. Hic iurauit tm̄ renūciare: sed nō iurauit q̄ non repeteret.

¶ Glo. sequēs querit ꝛ soluit.

f ¶ Resignandu3. Sed quid si iurasset nō repetere: Respō deo: tūc non repeteret. C. si aduer. ven. l. j. ꝛ. j. de iureiuran. si ṽo. ꝛ. s. eo. abbas. Papa ṽo ex officio suo mādabat illum restitui ad denūciationem sibi factā. j. de iureiurā. ad nrām. Et idem ille nō obstante iuramēto posset hoc denūciare pape. j. de iureiurā. quēadmodu3. posset etiā impetrare absolutiōe3 iuramēti: sicut fit in vsuris. j. de iureiurā. ex administratione. Et in hoc dolū facere non videtur: qui fraudem ꝛ dolum excludit. ff. de leg. ij. cum pater. §. titio. in fine.

S Acris est. ¶ CASUS. Aliquis inuit⁹ participauit excōicatis. Querit: vtru3 sit excōicatus: distinguit hic papa. Utrum ille qui cōicat excōicatis inuitus sit attractus per coactionē: aut per metu3 coactus. In pri mo casu nō est excōicatus cū pati magis q̄ʒ agere videatur. In scđo casu est excōicatus: sed metus allat⁹ culpā attenuat: q2 p2o nullo metu d3 mortale petm̄ incurrere.

¶ Sacris est canonib⁹. ¶ In prima parte ponitur decisa consultatio. In secūda distinguens respōsio ibi[Distinguimus.] Et primum membꝛum prosequitur. ibi[In primo.] Secūdu3 ibi[In secūdo.] Abbas. Pars huius decre. de sepul. ꝛ de senté. excō. sacris.

g ¶ Per coactione3. Absolutam. xlv. dist. de iudeis. ꝛ. l. di. p̄sbyteros. j. q. j. constat. cum magis pati q̄ʒ agere videatur. vj. di. testm̄. Sicut nec valet testm̄: vbi testes inuiti detinent. ff. qui testa. fa. pos. qui testamēto. §. vlt. Et tutor: si per vim detētus sit nō valet qđ agitur: imo dormienti comparatur. ff. de aucto. tu. l. j. in fi.

¶ Glo. seq. cum seq. recitet per duas obiectiones.

h ¶ Attenuet. Hic metus attenuat peccatum. ij. qō. j. in primis. Quandoq3 nullo modo excusat. de confe. di. iiij. eos. ꝛ. xj. questio. iij. quisquis metu.

i ¶ Excludit. Minor tñ causa excludit eam. ar. xj. q. iij. qđ predecessor antecessor. sed illud est indultum a iure: ꝛ eis possumus participare in his que ad salutem aīarum illorum pertinēt. nec incurrit quis excōmunicatione3. L3 alia incidenter proponātur: vt magis proficiāt. j. de senē. excōmu. cum voluntate. ꝛ. c. responsio.

k ¶ Incurrere. Simile. xxxij. q. v. ita ne.

¶ Con. . metū. §. sed qđ pre tor. ꝛ. §. volenti. ꝛ ibi Bar. ff. eo.

¶ No. in ter. q̄ a ṽo argu. opti mū. q̄ circa renūciatiōe3 bñficij metu factam nō est aliqua spālitas. Sed quē admodu3 alia q̄ me tu fiūt debent reuo cari: ita re nūciatio. Abbas.

Metus quid sit

¶ Con. l. fin. ꝛ ibi Bar. ff. de condit. ob tur. cau. et l. j. §. metus. ff. eo.

¶ No. ex hoc ter. q̄ mitt⁹ agit cū ignorāte q̄ʒ cum metu3 patiēte. nā ille q ignoranter cōicato excōicato nullā culpā con trahit: vt i ca. nup. de senē. excō. secus i eo qui cōicat per metū: vt h. Ab.

Diuisio. Reci. p. q. ℭ No. ex tex. ꝙ pōt qs ex voto se astrīgere ad ser uādaȝ certaȝ regulá religioso / rū: lȝ se nō transferat ad illos religiosos Abbas.

Cum dilect⁹. ℭ CASVS. Canonici insulaȝ volē/tes obſuare ordinē Cysterciē. emiserūt votū pre/stito iuramēto ꝙ regulá Cysterciē. obſuarēt: vel ꝙ trāſ/latione sue eccl'ie ad ordinē illoȝ nullatenus impedirēt. Postmodū ꝓo predicti canonici volūtate mutata volue/rūt reuocare: qꝺ fe/cerant petiuerūt re/stitutiōeȝ ꝯtra factū suuȝ: dicētes ꝙ per metū ⁊ dolū cyster/cieñ. ad hoc fuerant inducti: ⁊ ideo non valebat qꝺ fecerāt. recepte fuerāt ꝓba/tiones hinc et inde papa examinato ne/gocio: qꝛ constitit ei de voto emisso: ⁊ de iuramēto prestito a canonicis ꝓdictis ꝙ regulaȝ Cysterciēñ. obſuarēt: vel ꝙ nō īpedirēt trāſlationē ipsius eccl'ie ad ordi/nē illoȝ imposuit si/lētiū sup resti/tutione petita: cum vtrūqȝ seruatū non ꝓgat in dispēdiū sa/lutis eterne: nec ve/lit viá piurijs apire nō obstāte violētia que ꝓponebaꝰ illa/ta: cum nō ꝯtineat metū mortis: vel corpis cruciatū. Nec obstāte dolo quo se ꝓponebāt eē seductos: cum talis do/lus potius ad fatuitatē ipoȝ ꝗȝ ad circūuētionē Cyster/ciēsiuȝ debeat retorqueri. ℭ Nota ꝙ iuramētū semp est seruādū: dūmodo sine picculo aīe seruari possit. Itē me/tus qui non cōtinet metum mortis: vel cruciatū corporis non excusat. Iteȝ dolus qui inducit ad bonū anime non imputatur: nec impedit propositū melioris vite. Iteȝ ne/mo debet viam periurijs aperire.

Idem Marsil. ⁊ Agatē. epis.

ℭ Metū passo non subuenitꝰ si non fuit talis qui cadere po/tuit in cōstātem virū. Cap. vj.

Cum dilectus filius: ⁊ in/fra. ℭ Quia cōstitit no/bis de voto emisso: ⁊ de presti/to iuramēto a canonicis insu/larum ꝙ regulaȝ Cysterciēñ. obseruārēt: vel trāſlationem ipsius ecclesie[a] ad ordinem il/lorum nullatenus impedirēt. Cum vtrūqȝ seruatū non ver/gat in dispendiuȝ salutis eter/ne[b]: nolētes viam piurijs ape/rire[c]. ℭ Non obstāte violen/tia[d]: que ꝓponebaꝰ illata: cuȝ neqȝ metuȝ[e] mortis: neqȝ cru/ciatum corporis cōtineret: † ⁊ ideo non debuerat cadere in/cōstantes. Nec obstante dolo pro quo se proponebāt fuisse seductos: cum talis dolus nō taȝ ad circūuentionē ꝓdictoȝ Cysterciēñ. ꝗȝ ad fatuitatem[f] eoȝ debeat retorqri. ℭ Sup restōne petita silētium eis du/ximus snialiter imponēdum.

Gregorius nonus.

ℭ Probata violentia per te/stes res amisse ꝓbanꝰ per iu/ramētuȝ. Et sup valore reruȝ amissaȝ taxatione iudicis pre/missa: ⁊ secuto per testes iura/mēto fit condēnatio. Cap. vij.

Super eo ꝙ aduersari⁹ vester se cōquerebaꝰ a vobis per violētiam spoliatū: arbitramini contra vos fuisse iniuste ꝓcessum: cuȝ nō nisi ꝓ/

e ℭ Metū mortis ⁊c̄. Nō solū in duob⁹ istis: sȝ etiā in plurib⁹ alijs casib⁹ excusat met⁹: qñqȝ met⁹ ꝟboȝ. ar. vij. di. fuerūt. ⁊. xxij. q. vij. cōuenior. ⁊. ff. de acqui. here. qui in aliena. §. vlt. qñqȝ met⁹ rerū. l. diſ. ꝓbiros. ⁊. s̄. eo. abbas. ⁊ ꝓpter metū libtatis exigere nō possum: que onerāde li/bertatis cā stipula/tus sum. ff. quaȝ re/ruȝ actio nō daꝰ. l. j. §. que onerāde. quā/doqȝ met⁹ iudicis. ij. q. j. in primis. vel alicuius potētis. C. eo. ti. l. pe. ⁊ vltima. Qñqȝ metus / stat⁹ / vel honoris / vel sui/ipsius / vel filioruȝ et met⁹ stupri. ff. eo. isti quidē. Itē qñqȝ nō tm̄ metus: sed suspi/tio met⁹ excusat. ff. loca. habitatores. §. vlti. ⁊. ff. ad. l. aquil'. Iteȝ siquis fumo. §. vlti. Quādoqȝ met⁹ mortis: aut cruciat⁹ corporis tm̄ excusa/re videꝰ: vt hic. ⁊. C. de trāſac. interposi/tas. Unde videꝰ re/linquēdum arbitrio iudicis: an ꝟba / vel mine / vl' potētia ho/minis sit iusta cau/sa met⁹: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. ij. ⁊ ar. ff. eo. nō est ꝟisile. Itē sbueniꝰ metū passo per hoc edictū qꝺ me. cā. tūc tm̄ qñ metus cadit in cōstātē virū. ff. eo. metus. ⁊. j. de spon. veniēs. Sȝ vbi quis minorē metū passus est: † videlȝ per impssionē siue potētiā iudicis: vel dolo alterius qs ven/dit res suas: tūc subuenitur ei iudicis officio. ff. eo. nō est verisil'e. §. si. vel per ꝯstōnem principū. C. eo. l. pe. ⁊ vlt. ⁊ ff. de offi. ꝓsi. illicitas. vel per rñsa prudētuȝ / siue īterpta/tioneȝ prudētuȝ. ff. de var. ⁊ ex̄tor. cog. medicus. Iudex ꝓo alicui nō dꝫ īferre metū. ff. eo. l. ij. sȝ iniuriā facere pōt: vt ibi. ff. ad. l. aquil'. quēadmodū. §. magr̄at⁹. ⁊. j. de empt. ⁊ vēdi. c. vlti. vbi de hoc. Et no. ꝙ ꝓm canones / siue vi / siue metu / siue dolo aliqs renūciat rei sue sbueniꝰ ei ꝯtra oēȝ possessorē. iij. q. j. reintegrāda. ⁊. q. ij. c. ij. ⁊. ff. de inoffi. te/sta. cuȝ qui. j. rñ. Et per epm suū pōt quis implorare hāc restōneȝ. Quis aūt met⁹ excusare possit: pȝ per hūc ꝟsuȝ hosti. Excusat carcer status: ⁊ mors ꝟbera stupꝛuȝ. Excu/sare metus hos posse puta: qꝛ necis stupri / siue stat⁹ ver/beris: atqȝ necis. ff. eo. ego puto. ⁊. l. nec timorem. ⁊. l. isti quidē. §. j. ⁊. ij. ⁊. iij. Itē metus iube sue. s̄. c. pri. Ber.

ℭ Glo. ista elicit tria notabilia: ⁊ cuicūqȝ vnū ꝯtrium.

f ℭ Ad fatuitateȝ. Sic patet: ꝙ lȝ dolus interueniat in huiusmodi spūalib⁹: nō tm̄ subueniꝰ dolū passo: lȝ dolus det cām ꝯtractui. ⁊ sil'e. xx. q. iij. ꝯstituit. Idē in matrimo/nio. j. de ꝯuer. ꝯiug. ex parte. ⁊. c. veniēs. in fi. ⁊. c. dudum. qꝺ est ꝯtra id. ff. de do. ⁊ elegāter. in prin. Iteȝ habes hic ꝙ dolus nō ꝓpōderat culpe. qꝺ est ꝯtra id. ff. ad. l. aquil'. itē mela. in prin. Itē no. ꝙ in spūalib⁹ non habet locū in integrū restitutio: qꝛ non videnꝰ decepti qui melioreȝ vi/tam elegerūt. Arg. ꝯtra. j. ti. pxi. ex litis.

ℭ Cum dilectus filius. ℭ Primo premittit diffinitiōis causam. Secundo soluit obstaculum. ibi [Non obstāte.] Tertio diffinit ibi [Super restōne.] Abb. sicu.

a ℭ Eccl'ie. Nō tm̄ potuerūt eccl'iaȝ suā subijcere ordini Cysterc̄. vel etiā alij incōsulto diocesano epo. j. de exces. ꝓla. sicut vnire. Sȝ est verū quātū ad epm hoc nō potue/rūt: vt nullū ꝓiudiciū fit epo: sȝ quātū ad se bñ tenuit ta/lis trāſlatio. j. de do. inter dilectos. ⁊ eps hēbit iura epa/lia sua sicut ꝯsueuit. j. de rel'. do. qꝛ monasteriū. Sȝ nō vꝫ ꝙ ipsi sbiecerint eccl'iaȝ ordini Cysterñ. sȝ seipsos psonal'r obligauerūt seruare regulá illoȝ: ⁊ bñ potuerūt ꝓmitte/re nō īpedire trāſlationeȝ eccl'ie sue ad ordinē Cysterñ. fa/ciēdā per illos ad quos pertinet: sed ipsi per se hoc face/re nō possent: sed per epm de consensu capli.

b ℭ Salutis eterne. Et ideo bñ seruari dꝫ. j. de iureiur. si ꝟo. ⁊. xxij. q. iiij. si aliquid. idē si salutis corporalis. xij. q. iiij. §. vlt. ꝟ. quisqs ergo. ⁊. j. de iureiur. verum.

c ℭ Aperire. Ut. C. de indi. vidui. l. j. in fi. C. si aduer. ven. l. j. ⁊. j. de iureiurā. si ꝟo.

d ℭ Violētia. Que fuerit illa violētia ignoramus: forte aliqua ꝟba iecerāt eis timorē que nō sp sufficiūt ad in/stū timorē. ff. qꝺ me. cā. metū. ⁊. j. q cle. vel vo. insinuāte. Uel forte etiā minabaꝰ eis excōicatiōeȝ: sȝ ille timor non excusat. cum excōicatio sit medicinalis. ij. q. j. multi.

b ¶ Absolui. Absoluere pōt papa quēlibet a sacro ex iusta cā: puta propter scādalū intolerabile: vt si malū exemplum protogeret in multos: claue tū discretionis precedēte. H. tū hoc negabat ⁊ oīa iura que dicūt: vel innuūt papam posse absoluere a iuramēto intelligebat de illicito: quia in his que sunt de iure naturali: vt in voto ⁊ iuramēto papa nō dispēsat. arg. ad hāc opi. j. eo. c. ⁊ si Chris. vbi di. redde dn̄o iuramenta tua quasi silem interpretationem habes. j. eo. petitio. ⁊. j. de vo. magne. Vbi di. vouete ⁊ reddite. j. de statu regul. cum ad monasteriū. in fi. Lau. contra dicebat Tan. dicit ꝙ ex cā iusta pōt quēlibet absoluere. xv. q. vj. auctoritatē. ⁊ dispēsare pōt in voto: ⁊ illud cōmutare in aliud qđ magis sit deo acceptū. j. de vo. magne. ⁊ c. j. ⁊. c. ꝙ sup his. ⁊. c. ex multa. ⁊ in iuramēto ⁊ ex eisdem causis pōt dispensare. Vbi vero aliquis vouet / vel iurat: et illa licite vel honeste seruari possit: nec subest cā: papa illa immutare non pōt: ⁊ sic intelligebat. H. ⁊ in hoc alij non discordāt. Et sic etiā intelligunt illa verba: vouete ⁊ reddite dn̄o iuramēta vestra. Et est ar. ad predicta. xxv. q. j. §. vlti. ver. ipsi nāque soli. ⁊c. ⁊. ff. de vulga. ⁊ pupil. substi. ex facto. Hic vero nō fuit necessaria absolutio. sed interpretatio secundum qđ sequitur in lr̄a. ⁊ secundum interpretationē debet seruari quod fuit legitimum iuramentum.

Nota.

c ¶ Iniquitatis vinculum. xxij. q. iiij. inter cetera.

¶ Glo. sequens obijcit ⁊ soluit.

d ¶ Patris tui. Hoc ideo: quia in forma iuramēti fuit hic expressum. Sed nōne: tūc mētiret inscriptio monete: imo videt ꝙ rex ipse falsarius esset. ff. ad l. cornel. de fal. falsi nominis. ⁊. j. de his que fiunt a pla. sine consen. cap. quāto. In moneta enim tria exigunt quātitas ponderis: materia: ⁊ publica forma. ff. de contrahē. emp. l. j. Respōdeo ꝙ non semper inscriptioni monete fides adhibetur: sicut nec inscriptioni sepulchri. C. de relig. ⁊ sumpt. fu. l. monumētorum: imo pictura est que largius habet licētiā. Semper enim fas fuit pictoribus et poetis nouitates inuenire: licet sit arg. cōtra. xxiiij. q. ij. sane. in prin. Joā. Item si fur ex auro vel argēto monetā publicam falsam faciat: illo punito pecunia in thesauro publico cōseruat. j. q. j. qđ quidā. circa me. ver. si enim aliquid furtim ⁊c.

Additio

e ¶ Seruari. Et sic si nō possit expresse seruari in omni: seruat tū in illa que fuerat defraudata. ⁊ est arg. ad quōnem propositā ⁊ solutā. j. de sponsal. ex lr̄is. ij. in glo. itterant.

f ¶ Satisfactionem. Pro temerario iuramēto imponit penitētia vnius anni. xxij. q. iiij. qui sacramēto: sed pro directo periurio imponit penitētia. vij. annorum. vj. q. j. quicūque. ⁊. xxij. q. j. c. vlti. Immo qui scienter deierat secundum canones infamis est: vt. vj. q. j. infames. ⁊ qui cōtra trāsactionem iuratam venerit scienter infamis est. C. de transact. si quis maior.

Venientes. ¶ CASUS. Quidā ciuis Tudertinus S. noīe conuentus fuit ab aduersario suo corā iudice ciuitatis super quibusdā possessionibus. Iudex auditis meritis cause condēnauit ipsum ad restitutionem rerum petitarum ab illa sentētia appellauit ad dominū papam: consules ciuitatis non obstante appellatione sentētiam illā executioni mādarūt inducētes actorem in possessionem rerū: de quibus questio vertebatur: super hoc appellās conquestus fuit dn̄o pape: cui subest illa ciuitas quo ad tēporalem iurisdictionē: vnde ipse cōsulibus ⁊ populo Tudertino mādauit vt possessionē ipsam restituāt appellanti: alioqui nouerint ꝙ ipse mandauit Nucerino episcopo vt eos ad id ecclesiastica censura cōpellat: cuius negocij occasione premittit papa que precedunt dicēs: ꝙ ipse tenetur humiliter ⁊ deuote appellationibus ad sedē apostolicā interpositis deferre: quia etiam leges seculares post sentētiam beneficiū appellationis nō denegant aggrauatis: sed ipsi sn̄ias appellatione suspēsas exequūtur. Cōsules Tudert. sup hoc se excusabāt in presentia pape dicētes: ꝙ cum aliqui vocant ad officium consulatus iurant ꝙ sup pecunijs iudicabūt secundum consuetudinem ciuitatis: ⁊ infra xxviij. dies sentētias exequētur. Vnde saluo huiusmodi

consules vestros sup his que ad nos de vobis sepius referunt ꝛ cōmonere curauimus ꝛ aliquantulū aspere cōuenire. Cuȝ eni ꝛ appellationibus interpositis ad apo. se. teneamini humiliter ꝛ deuote deferre cum ꝛ leges [a] etiam seculares post sniam bñficium appellationis nō denegēt agrauatis † vos snias appellatiōe suspēsas executiōi mādatis. ¶ Verū ijdem consules nobis exponere curauerunt ꝙ quū aliqui vestrū vocant̄ ad officiū consulatus: firmant ꝓprio sacrō ꝙ sup mutuis ꝛ plegiarijs [b] ꝫm vestre ciuitatis cōsuetudinē iudicabunt: ꝛ infra. xxviij. dies que iudicauerunt exequent̄. Unde saluo huiusmodi iuramento vos nō posse super his appellationibus deferre dicebant. ¶ Quia v̄o nō minus iudices ꝫm leges ꝙ̄ consules vestri ꝫm cōsuetudinem v̄re ciuitatis iudicare iurarunt [c]: ꝛ ideo sicut iudices contra leges: sic ꝛ cōsules vestri cōtra cōsuetudineȝ [d] possent subditos aggrauare: mandamus quatenus appellatiōibus ad nos īterpositis [e] deferatis cū predictuȝ iuramentū vos excusare nō possit in quo dȝ ītelligi ius [f] superioris [g] exceptū [h]. ¶ Cuȝ ergo post ꝙ̄. S. lator p̄. ad se. apo. a snia. G. iudicis appellauit sniam ipsaȝ duxeritis executioni mādandam [i] in possessionem rerū de q̄bus questio vertebat̄: appellātis aduersarium inducentes: volumus ꝛ mādamus vt possessionē ipsam [k] restituatis [l] eidē: alioqui noueritis nos epō Nucerino mandasse vt vos ad illud eccle. cē. compellat.

Idem Pisano archiepō.

¶ **Iurans vsuras nō repetere potest iuramento non obstante ex noua causa repetere. h. d. ꝫm intellectum notabiliorem. Capitulū. xx.**

Ad nostraȝ noueritis au-

---

iuramento nō poterāt deferre appellationibus. sed contra istā excusationē dicit papa ꝙ iudices iurant iudicare ꝫm cōsuetudinē ciuitatis sue: ꝛ ideo sicut iudices possunt grauare subditos cōtra legem ꝛ sic cōsules isti pñt cōtra cōsuetudinē suos subditos grauare: vñ ꝑcipit eis. Quatenus appellationibus ad se. apo. interpositis deferāt humiliter et deuote: cū iuramentuȝ illud eos excusare nō possit in quo ius superioris intelligitur exceptū. ¶ Nota decretalē istam ad plura argumēta. p̄mo snia diffinitiua a qua est appellatū nō dȝ executioni mandari: q̄d si fiat executio dȝ reuocari: vt hic pȝ: ꝛ itō deferre dȝ iudex appellationi ꝛ nihil innouare ea pendente. Itē in iuramēto semper ius superioris itelligit̄ exceptū ꝛ cuiuscunqȝ alterius: q2 iuramentū factū in p̄iudiciū alterius non valet cū illud obseruare nō possit. Item iuramētū ꝑsonale ē. ¶ Uenientes. ¶ Iudices qui iurant infra certuȝ tp̄s snias exequi: hoc nō obstāte appellationibus ab eis interiectis deferre tenent̄. h. d. Diuidit̄ in quattuor partes. In p̄ma rep̄hēsio cōsulum. In scd̄a ibi [Uerū ij] ipsoꝝ excusatio. In tertia ibi [Quia v̄o] ipsorum excusationis reprobatio: ꝛ generale mandatuȝ. In quarta ibi [Cum ergo] mandatum speciale ꝛ cōminatio non parentis. Abbas.

¶ Con. ex. I. l. officii. ff. de asti. ꝛ iu. ibi bart.

¶ No. id q̄d quo idie allegatur iste ex. ꝙ iuramentū nō obligat sibi illū iurātē in p̄iudicium iuris seu auctoritatis superioris. Abbas.

a ¶ Leges. ij. q. vj. anteriorum. ꝛ. c. non ita.

b ¶ Plegiarijs. i. fideiussoribꝰ. vulgare est illiꝰ terre.

c ¶ Iurarunt. In auc. de iud. §. q2 v̄o. col. vj. C. de iud. rem non nouam. ꝛ. iij. q. vij. iudicet.

d ¶ Consuetudinē. Licite ergo iudicat̄ ꝫm cōsuetudinē loci. s̄. de eo qui mit. in pos. cā rei ser. cuȝ venissent: q2 consuetudo preiudicat iuri. s̄. de consue. c. pe.

e ¶ Interpositis. Tudertina ciuitas subest dño pape quo ad iurisditionē temporalē ꝛ ideo tenēt appellationes ad papam facte. al's non. j. de ap. si duobus.

f ¶ Ius. Uñ pone aliq̄s est receptus in canonicū ꝛ in fratrē: iurat se seruare laudabilē cōsuetudinē ecc̄lie sue: ꝛ talis est ꝯsuetudo in ecc̄lia ꝙ q̄ ibi hȝ p̄bēdā dȝ residere per sex mēses: sed anteꝙ̄ faciat q̄d iurauit accedit ad se. ap. ꝛ supplicat dño pape vt ip̄m absoluat. Queꝛo vtrū iste sit piurus: Et r̄ndet̄ ꝙ nō arg. istius lr̄e: q2 videt̄ ꝙ qñ iurauit ꝙ debuit ītelligi nisi dñs papa remittat ei iuramentū. Sed ꝓbo ꝙ sit piurus. C. de trāsac. siquis maior. vbi dī ꝙ aliq̄s venit ꝯtra iuramentū tribus modis: iudicē interpellādo: iudici supplicādo: q̄d ꝓmisit nō faciendo. Unde videtur ꝙ iste sit periurus supplicādo ro. ponti. vt ipsum absoluat: sed si petitione non premissa ipsum absoluisset non esset periurus.

Iuramentuȝ tribus modis frangit̄.

g ¶ Superioris. Nota ꝙ in iuramēto excipit̄ auctoritas maioris: vt hic pȝ. ꝛ. j. e. cā te. ꝛ. s̄. de rescrip. cōstitutus. † ar. a cōtrario sensu. ff. ad mun. impatores. ꝛ in cōsti. federici de feudis. §. vlti. ꝛ est ius canonicum. j. eo. ad nostrā. q̄. Joan.

† ¶ Con. l. is cui bonis. ff. de ver. obli. ꝛ ibi Bar. ꝛ Bal. in. x. col. d' pa. iur. sir. §. itē sacrā.

¶ Glo. seq. reci. per contrarium.

h ¶ Exceptū. Sed nōne pñt sup hoc cōdere legē municipalē cōtra ius cōe. R̄ñ. pñt cōdere legē ꝯtra ius cōe que tñ nō sit in preiudicium alterius vt hic dicit. ꝛ. s̄. de cōsti. que in eccle fiarū. specialiter tamen nō condendo legem bene possunt litigantes renunciare appellatiōi. C. de tēpo. ap. l. illud. §. vlti.

i ¶ Executioni mādandam. Quod fieri non debuit: tum q2 beneficio appellationis extinguitur pronunciatum. ff. ad tur pil. l. j. §. vlti. tum q2 interposita appellatione nihil innouari oportet. ij. questi. vj. appellatione. ꝛ. ff. nil inno. appella. pen. l. vna. Ber.

k ¶ Possessionem ipsam. Cum appellatur a sententia diffinitiua: si ap. pen. fuit mādata executioni: iudex appellationis debet reuocare in irritum quicquid factum est post appellationem: et anteꝙ̄ cognoscat an appellatio sit iusta vel iniusta: sed secus est cum appellatur a grauamine: quia prius debet cognosci de meritis appellationum ꝙ̄ reuocari quod factum est post appellationem. s̄. de dila. c. j. in fi. quia ibi dicitur si est ita reuocato ꝛc̄. iudex ordinarius non potest exequi suam sententiam ex quo altera pars appellauit. sed iudex delegatus potest non obstante appellatione alterius partis. s̄. de offi. delega. super eo. in fi. ꝛ. c. pastoralis. §. preterea. certe iste due vltime concordantie contrarium dicunt.

Additio.

Executio snie facta appellatō ne pendente qualiter est reuocāda.

¶ Glo. sequens signat contrarium/ ꝛ soluit.

l ¶ Restituatis. Ar. contra. ff. de ap. cum ex cā. vbi expectat̄ talis restitutio vsqȝ ad euentū cōfirmationis vel cassationis snie. Sed non est contrarium. q2 non dicitur ibi ꝙ non debeat expectari: sed ibi recitatur factuȝ ꝓut contingit. vnde pȝ ꝙ pendente appellatione executio nō dȝ fieri ꝛ si fiat inuito possessore restitui debet in pristinū statum anteꝙ̄ appellationis causa examinetur. arg. s̄. de off. deleg. pastoralis. §. preterea. ꝛ hoc est notabile.

Ad nostrā. ¶ CASVS. Quidā ciues Pisani. J. et G. cuidā vsurario. P. noīe: multas vsuras soluerūt iuramento interposito: ꝙ nec per se nec per alios dictas vsuras repeterentur vel apud ecclesiasticū iudiceȝ

vel etiam secularem sup his deponerent qõnem. Creditor postmodũ condidit testm̃ in quo precipit heredibus suis vt oĩbus qui ꝓbarent se dedisse vsuras eidem ipsas eis restituerent. sed dicti. J. ⁊. G. nõ audebãt petere vsuras ꝑpter hmõi iuramentũ heredes non satisfaciebant eisdeꝫ: peruenit hoc ad notitiam dñi pape. vnde mandat Pisano archiepõ. Quatenus sub pena excõmunicationis publice in ecclĩa ꝓponat: vt qui sup hoc verita tẽ nouerint ꝓcedant ad testimoniũ ꝓferẽdũ: ⁊ si constiterit de premissis compellat heredes illius per cẽsurã ecclĩasticam: vt vsuras quas pr illoꝝ ex predictis recepit restituat vniuersas.

℃ Nota ꝙ hic recipiunt testes lite non cõtestata: qꝛ ꝓcedit in modũ inquisitionis siue denunciationis: ⁊ ex officio iudicis. Itẽ q nõ põt agere pp iuramẽtũ põt denũciare. Itẽ aliqd cõceditur vna via: ⁊ alia denegatur.

dientiã peruenisse [a] ꝙ cuꝫ. J. ⁊. G. Petro vsuras nõ modicas ꝑsoluissent iuramẽto firmauerũt ꝙ nec per se nec ꝑ alium ꝑdictas vsuras repeterent [b] vel apud ecclesiasticuꝫ iudicẽ seu etiã secularẽ super his deponerent qõneꝫ. Cũqꝫ creditor cõdiderit testamentũ suis ꝑcepit heredibꝰ vt oĩbus qui ꝓbarent [c] se dedisse vsuras eidẽ: ipas eis restituere ꝓcurarent. Uñ cum predicti. J. et. G. vsuras repetere nõ attentẽt pp hmõi iuramẽtũ ⁊ heredes ꝑdicti. P. eis negligant satisfacere de vsuris. ℃ Mãdamus quatenus sub pena excõicationis publice in ecclesia proponi facias vel proponas vt qui super hoc nouerint veritatem ꝓcedãt ad testimoniũ [d] proferenduꝫ ⁊ si per dicta testium vel alia documenta tibi constiterit [e] de premissis heredeꝫ illius vt vsuras quas a predictis pater eorum accepit restituant vniuersas eccle. cẽ. cõpellas.

Idem Neapo. archiepõ.

℃ **Iuramentuꝫ generale dꝫ ita intelligi sꝫ fieri põt vt non obuiet iuri al's tanq̃ temerarium non obligat cõtra iuris obseruantiam. Capitulũ. xxj.**

Ad nostram noueris audientiam peruenisse ꝙ a te quasi per extorsionẽ [f] tale fuit prestitũ iuramentũ ꝙ in omni cã deberes ordinem

℃ Ad nostraꝫ. ℃ Per iudicis officiũ subueniẽ illi qui ꝑpter iuramentum vsuras repetere non põt. ita summat Joã. an. Et quidem procedit hoc summarium ẽm vnum intellectum satis clarum. Primo narrat factum. Secundo prouidet. ibi [Mandamus.] Abbas.

a ℃ Peruenisse. Non dicit per quem vel a quo.

℃ Glo. sequens soluit tres. q.

b ℃ Repeterent. Si iurauit nõ repetere denũciet illud ecclie. Quid si iurauit non denunciare? Rñdeo iuramentum fuit illicitũ: ⁊ ideo non seruanduꝫ cum quilibet ad hoc teneatur. j̃. de cog. spiri. tua nos. ⁊. j̃. de here. cum ex iniuncto. j. e. quemadmodum. in fi. ⁊. q̃. q. j. si peccauerit: sed si iurauerit soluere nec repetere: nec recipere: illud denunciet ecclesie: vt dictum est. Uin.

℃ Glo. sequens reci. per. q. an iure legati ⁊c̃.

c ℃ Probarent. Uideẽ iuramentũ istud remissum esse ex testõ: nisi velis ita interpretari hec verba vt sciꝫ illi de iure repetere non possint qui iurauerunt non repetere. Sed tamen largius interpretabimur vltimas voluntates. j̃ de dona. cũ dilecti. ff. de triti. vi. ⁊ oleo leg. l. iij. Sic ergo iure legati possunt isti repetere vsuras quasi ex noua causa superueniente. Si eniꝫ aliqs abiurat beneficiũ potest postea ipsum repetere ex noua cã superueniente. s̃. de renun. cum inter. P. ⁊. ff. de succes. edic. l. j. §. qd dicimus al's. §. sed videndũ. ⁊. ar. s̃. ꝙ me. cã. ad audientiã. Item cum iuro soluere aliquid solutum possum repetere. s̃. e. debitores. non enim est cogitandum de nouo iure. ff. de transac. cum aquiliana. Si ꝟo ius nouum nõ est mihi acquisitum possuꝫ agere vt remittatur iuramentũ. s̃. eo. c. j. ⁊ primo agendum est vt iuramentum remittatur ⁊ tunc potest repetere secure. Ber.

℃ Glo. ista dicit per obiectio. ꝙ lite non contesta. ⁊c̃. et simpliciter soluit.

d ℃ Ad testimonium. No. testimoniũ ferri lite nõ contesta. sed hoc ideo cõtingit: qꝛ hic ꝓcedebaẽ in modum inquisitionis siue denunciationis vt pꝫ per ꝑn. c. vlti. vel papa hic voluit extra ordinẽ ꝓcedi ⁊ sine accusatore per denunciationẽ. Itẽ q: ad ecclesiã vel epm spectat exequi voluntates defunctorũ. j. de testi. si heredes. ⁊. c. pe. ⁊. C. de epis. ⁊ cle. nulli. l. siquis ad declinãdã. ⁊. ff. de peti. here. si hereditas. §. vlti. ⁊ sic seruant isti iuramentum suuꝫ hac via. Joan.

e ℃ Cõstiterit. Per inqsitionem. s̃. de testi. cog. preterea.

Ad nostam.

℃ CASVS. Archieps Pisanus quasi per extorsioneꝫ prestitit iuramentuꝫ ꝙ in omni cã seruaret ordinem iudiciariũ. Quesiuit a papa si seruare deberet ꝑtextu illius iuramenti. Rñdet papa archiepõ ꝙ ẽm canones manifesta non indigent accusatione nec in eis ordo iudiciarius seruandus est: qui dꝫ in causis aliis obseruari: nec archieps hẽbat in mente qñ iurauit modo predicto: vt veniret propterea ꝯtra canonicas cõstõnes: alioq nõ iuramẽtũ sꝫ ꝑiuriũ extitisset: nec aliquo mõ ẽẽt seruandũ. Uñ papa benignius interpretaẽ illud iuramẽtũ ita qd sit ꝯsonũ iuri dicit' eni ꝙ in manifestis ⁊ notorijs rõne ꝑdicti iuramẽti nõ teneẽ seruare subtilitatẽ ordinis iudiciarij: qꝛ i his per oĩa seruari nõ dꝫ. vñ sic subtiliter intelligat de ordine iuris est in ꝑmissis nõ ꝑ oĩa iudiciariũ ordinẽ nõ seruare: tñ bñ possit itelligi qd iurauit ẽm rectũ intellectũ vt in oĩbus causis ordo iudiciarius obseruetẽ in illis. vꝫ in qbus est ordo iuris seruãdus: sed archieps sic fecerit ⁊ iuramẽtũ seruabit: ⁊ iura canonica nõ offẽdet. ℃ No. ꝙ iuramẽtũ directe seruari põt: vel iterꝑtatiue seruãdũ est. Itẽ i notorijs ordo iudiciariꝰ ꝑ oĩa nõ est seruãdus.

℃ Ad nrãm. ℃ Iudex q iurauit in oĩ cã iudiciariũ ordinẽ obseruare in notorijs subtilitatẽ ordinis iudiciarij nõ seruabit. h. d. Diuidiẽ nã in ꝑma pte recitat tenorẽ iuramẽti: in scda ibi [Nos] illud dupl'r iterpretaẽ. Et scda interꝑtatio. ibi [q̃ꝫq̃ꝫ.] Et vt clarius hẽas itellectũ pone sic casuꝫ. Archieps Neapolitanus quasi ꝑ extorsionẽ forte ad instãtiã sui capli vel ppli ꝑstitit generale iuramẽtũ vt in oĩ cã obseruaret ordinẽ iudiciariuꝫ: ꝓcessu tpis cũ occurrerẽt scta notoria dubitauit an deberet in eis iudiciariũ ordinẽ obẽuare. Papa sup hoc ꝯsultus iterꝑtatus est hoc iuramẽtũ dupl'r. Pmo vt extẽdaẽ ad cãs notorias sꝫ itelligaẽ ẽm subiectã mãm. s. vt in causis nõ notorijs obẽueẽ ordo iudiciariꝰ: in notorijs ꝟo nõ serueẽ ꝑ oĩa: qꝛ ordo in notorijs est vt ꝑ oĩa nõ serueẽ iuxta illud vulgatũ: in extraordinarijs ordo est ordinẽ nõ seruare. Scdo dicit posse itelligi vt referaẽ ad cãs in qbus ordo iudiciarius est seruãdus: dicit eni ꝙ si iste archieps habuit in aĩo vt ordinẽ iudiciariũ in omni cã pariter seruaret: ⁊ sic cesset predicta interpretatio tale iuramentũ cuꝫ sit contra canonicas sanctiones potius est dicendũ periurium: nec aliqua ratione seruandum. Abbas sicu.

f ℃ Per extorsionem. Unde videbatur non teneri.

℃ No. ex hoc. c. ꝙ iuramentuꝫ de vsuris solutis nõ repetẽdis non opaẽ remissionez vsurarũ. ꝑsumiẽ n. tale iuramentuꝫ extortum. ar. c. super hoc. de renũ. Abb.

Bñficium abiurans põt illud repetere.

℃ No. ex hoc. c. ꝙ iuramentuꝫ ꝯ canoneꝫ ꝓdituꝫ in fauorẽ publicũ non ligat. fa. c. si diligenti. de fo. cõpe. ⁊. s̃. e. sicut. Abb.

Glo. seq. tractat de duplici processu notorij.

a Obseruandus. Ex toto al's citari debet. ij. q. j. deus omnipotens: et sententia ferri. j. de diuor. porro. et. j. de ap. cum sit romana. in fi. hec vera sunt in prouincia in qua sunt notoria et iudici et alijs: si vo nō sunt notoria in hac prouincia sunt tamē notoria i alia vel sūt hic notoria et iudex nescit: tunc pōt duobus modis procedere. s. ordie iudiciario ac si esset occultū. ar gu. s. de elec. bone. et xxiij. q. j. pudenda. et ij. q. j. deus. vel cognoscere an sit notorium et facta sibi fide super hoc pcedet cōtra reum quasi crimē esset notoriū. Et in fi misib' duas vias hz iudex: potest eni suspendere infamatum vsq ad purgationem ij. q. v. psbyter. vel in quisitionem facere ex officio suo. ij. q. j. de' omnipotens. Ber.

Margin: Notorium in vna prouincia et in alia quãliter est discutiēdum.

Margin: † Con. l. si vo. §. q pret. ff. qui satis. cog. et l. ij. et ibi bar. ff. de fur.

iudiciariū obseruare. Uerum qm̄ ſm traditiōis canonicas manifesta accusatione nō indigent † nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus [a] qui debet in alijs obseruari: nec tu'qm̄ sub pmisso tenore iurasti habebas in mente [b] vt propterea venires cōtra canonicas sanctiones: alioq nō iuramentū: sed piurium [c] potius extitisset nec eēt aliqua rōne seruandū. Nos iuramentum tuū benignius [d] interpretari volētes ita q cōsonet canonicis institutis. f. t. auctoritate presentiū intimamus: q in manifestis et notorijs rōne iuramenti premissi non credimus te teneri seruare [e] subtilitatem ordinis iudiciarij: quã in his nō seruari per omnia: ipsa iuris ratio postulat [f] et requirit [g]: vnde videbitur subtiliter intuenti de ordine iudiciorū procedere vt in premissis non per oīa ordo iudiciarius obseruetur. Quãq et ſm approbatum intellectū recte possit intelligi qd iurasti vt in oībus causis ordinem iudiciarium obseruares: in illis videlicet [h] in quibus est ordo iudiciarius obseruãdus [i]. Sic ergo faciens et iuramenti tenorem seruabis: et instituta canonica non omittes.

b In mēte. Arg. iuramenta et pmissa non extendi nisi ad ea de qbus cogitatū est. argu. xxij. q. ij. ne gs. ff. de transac. cum aquilia. et ff. de pact. tres fratres.

c Sed periurium s. eo. tua. et. j. de his q̄ fi. a ma. par. ca. c. j. et. j. eo. sicut. j.

Margin: † Con. l. pñti. §. sicubi cum glo. C. de his q ad eccle. cfu.

d Benignius. sic. s. de testi. cum tu: nam promptum est leges legibus concordare. C. de inoffic. dona. l. pri.

e Seruare. Iuxta illud. Est in amore modus nō habuisse modum. Ber.

f Postulat. j. de verbo. signi. cum olim. et. j. de vsur. cum in tua. j. de coha. cle. et muli. vestra.

Glo. seq. obijcit et soluit: et vni cōtrario respondet.

g Requirit. Sed nōne ordo iudiciarius pōt seruari sine pctō in notorijs. Arg. q sic. s. de elec. bone. et Augu. pbat id qd notoriū est. s. ecclesiam nō esse nullam. xxiij. q. j. pudēda. in fi. et ita vr licitum sacrm vt in notorijs seruetur. Sed certe hoc iurare q in omni notorio seruetur ordo iuris est illicitū: et multū lederetur ius actoris cū ei incũberet onus pbandi: et disciplina iudicialis lederetur si iudex nō posset punire nisi prius pbaretur sed hoc fieri nō dz: qr nulle sunt validiores pbationes q̄ per euidentiam facti. In illa decre. bone. factū fuit hoc scãdalū ad cautelã: vt ibi dr: vel forsitan nō erat notoriū iudici. Lau.

Margin: Ordo iudiciarius an possit in notorijs sine pctō seruari.

Glo. seq. arg. alle. quatuor iura p. et quatuor contra.

h In illis videlicet. Argu. q verbū generale non est generaliter intelligendum. vt. j. qd. j. iudices. ver. omnia bona damasci. et ff. de seruitu. si cui. et ff. de pigno. obligatiōe. et de conse. dist. ij. reuera. ps. de operibus totius mundi. circa fi. Ar. contra. xix. di. si romanor. xxxj. qd. j. q si dormierit. et. j. q. j. sunt nōnulli. et. j. de priui. qr circa. et. s. de maio. et obe. c. solite.

i Obseruandus. hic est argu. ad illam questionem qua queritur. Pone aliquis iurat q de cetero non cognoscet concubinam suam modo vult eam ducere in vxorem nunquid potest non obstante iuramēto: Dicas q sic: qr intelligitur iurasse de fornicario coitu: et non de licito et debito vnde potest cum ea cōtrahere nō obstante iuramento. Bersi.

Idem iudici Carolitano.

Si vnū iuramentū: vni debitū: alteri prestat illicitū est: et eo nō obstante cui debetur prestandum est. Caplm. xxv.

Ea te credimus discretione vigere vt intelligas p te ipsum q onus nō remittitur sed augetur [k] cū cuiq iprouide soluitur qd alij [l] ex debito est pstādū. Sane cū archieps turritanus a te noie nostro iuramentū fidelitatis sicut a nobis mãdatū acceperat exegisset: illud exhibere in eius manibus distulisti: asserēs q pisano archiepo [m] saluo apostolice se. honore hmōi prestiteras iuramentū. Cū igitur

Ea te credim'.

CASVS. Dominus papa mãdauit archiepiscopo Turritano. Quaten' nomine romane ecclesie iuramentum fidelitatis exigeret et reciperet a iudice Kalaritano pro ipso iudicatu. Iudex ille requisitus noluit iuramentum illud exhibere asserens q illud pstiterat Pisano archiepiscopo saluo ecclesie romane honore. Papa hoc intelligens scribit super hoc iudici supradicto dicens q non remittitur debitum sed augetur: cum alicui soluitur quod alij est prestandum. Sed cū iuramentum illud ecclesie romane dictus iudex prestare teneatur. si iuramentum iam prestitum cōtrarium reputet illi q domino pape prestare tenetur. primum si licitum est et illo nō obstante illud prestare debet quod ab eo petitur. Si vo primum iuramentum non est contrariū prestando iuramento illud sine mora prestare debet. Nota q releuatur a debito qui alij soluit q̄ debeat. Item cum duo iuramenta contraria sunt videndum est q magis sit licitum et altero reiecto illud seruetur.

Ea te. Qui iurauit ei cui non debuit: cui debet iurare compellitur. Primo ponit exordium. Secundo narrationem. ibi [Sane.] Tertio conclusionem. ibi [Cum igitur.] De materia huius. c. habetur in. c. si diligenti. j. de prescrip. Abbas sicu.

Margin: No. ex hoc. c. q protestatio si excusat id qd indebite sit et hoc qr vr ptraria facto. de ap. sollicitudine.

k Augetur. Qm̄ grauius solui potest vo creditori quod alteri est solutum: et tamen non liberatur a debito re. ff. de cōsti. pecu. si vo mihi. ff. de solu. vo procuratori. §. j. et. j. de homi. sicut dignum. §. eos. in fi.

l Quod alij. Sic. ff. de condi. inde. in summa. in fi. vñ si alij solueris qd alij debes nō liberaberis et ille furtum cōmittit. ff. de fur. falsus. §. j. nisi ille ratū hēat. ff. e. si vendidero. §. si ticius. vnde pz q peius est siue grauius latroni qui partitur spolia cum socio q̄ si non partitur. xxiij. q. iiij. si ad pctm̄. Jo. et expone qd dicit alij tm̄. s. et sic nō obstat q soluitur vni ex pluribus quor quilibet insolidum quid debebatur. ff. de duo. re. consti. l. iij.

m Archiepiscopo. De hac materia tractatur. j. de pscrip. si diligenti.

a ¶ Prestitum. Pisano archiepiscopo.
b ¶ Contrarium. Quia si vnum contrariorum est bonum reliquum est malum. viij. q. j. sciendum. ⁊ .xxxij. di. hospitiolum. Lau.
c ¶ Illud. Scilicet quod prestitisti archiepiscopo.

Quintauallis. ¶ CASVS. Filie quintauallis venerūt ad verba cū quibusdā alijs mulieribus ⁊ eis multas iniurias irrogarunt: ꝓpter qđ dictus quintauallis iurauit stare mandatis illarum que tale fecerūt illi mandatū sub debito iuramēti: ꝙ si aliquādo filij / aut filie: aut vxor illius aliqđ factū vel verbum cōtumeliosum mulierib⁹ illis obijcerent. Idē quintauallis filios / ⁊ filias exheredaret: ⁊ vxorē a se remoueret. Quintauallis recepto tā iniquo mādato significauit hꝰ pape. vnde mādat epō Alaterno. Quaten⁹ predictis mulieribus iniungat: vt mādatū illud reuocent: cū licitū fuerit iuramētū ⁊ mandatū illicitū: alioqui denunciet illum nō teneri ad obseruationē huius mādati. ¶ No. ꝙ cū aliqs simpl'r iurat stare mādato alicui⁹: licitū dꝫ eē mādatū: alioq mandatū non ligat.

nobis ⁊ ecclesie romane fidelitatē facere tenearis: si pstitū [a] iuramentū ei qđ a te nobis tanꝙ debitū est pstanduꝫ cōtrariū [b] reputes: illud [c] illicitū iudicabis ⁊ illicito nō obstante qđ licite imo ex debito petitur exhibebis: vel si pstitū pstādo ꝯtrariū nō existit: illud sine difficultate pstabis.

Idem Alatrino episcopo.

¶ Qui iurauit stare mandato alicuius nō tenetur parere si pcipit illicita: vt ꝙ filiū exheredet: vel vxorē abiuret.

Quintauallis. Cap. xxiij.

Quintauallis nr̄is auribus intimauit ꝙ pro offensa quā filie ipsius alijs mulieribus irrogarant: ꝙ earū mādato pareret pstitit iuramentuꝫ [d] que tale illi sub debito iuramenti dedere mādatū: ꝙ si qn̄ filij aut vxor illius aliquod factuꝫ vel verbum cōtumeliosum mulieribus illis obijcerent idē filias ⁊ filios exheredaret [e] ⁊ a se ꝓpriam remoueret vxorem. ¶ Quocirca mādamuꝫ quatenus cuꝫ licitum fuerit iuramentū sed mādatū illicitum: predictis vt reuocēt mādatū illud iniungas. alioqui euꝫ ad mandati obseruationem illius denuncies non teneri.

¶ No. ex hoc. c. ꝙ in iuramēto generali de obediēdo vel parendo mandato alicui⁹ nō veniūt illicita ꝑ hoc. c. veniēs. ꝭ. e. ⁊ c. j. e. ti. li. vj. Abb.

¶ Quintauallis. ¶ Istud est valde famosum ca. propter materiam arbitrorum que hic tractatur. Cōis diuisio. Secunda ibi [Quocirca.] Abbas.
d ¶ Iuramentum. Qđ ciuili modo fuit intelligendum ff. de serui. si cui. ⁊ ꝭ. eo. veniens. vbi de hoc.
¶ Glo. seq. exprimit cām iniquitatis hoꝝ mandatorum ⁊ ponit. xiiij. causas ꝓpter quas pōt filius exheredari.
e ¶ Exheredaret. Ad hūc casum iuramentū nō extēdebat: nec debuit extēdi. arg. ꝭ. eo. quāto. ⁊ melius in. c. veniens. xxij. q. iiij. vnusquisqꝫ. ⁊ ff. de ope. lib. si libertus. ff. de fideicō. liber. thais ancilla. §. sorore. ⁊ ff. de manumis. l. iiij. in fi. nisi in certis casibus qui cōtinent in auč. vt cū de ap. cog. §. causas. col. viij. ⁊ ita turpe fuit mandatum. Itē cōtra preceptū dn̄i fuit hoc mandatū. vt vxor separetur a viro. xxviij. q. j. idolatria. ⁊ xxxij. qō. ij. quos deus. Cāe ꝟo ingratitudinis pp quas pater pōt exheredare filiū suū sunt he. Prima si filius parentibus manus iniecerit. Itē si grauē iniuriā eis fecerit. Si criminaliter eos accusauerit de cā que nō sit aduersus pncipē vel rē publicā. Si cū maleficis versať. Si maleficus efficiať. Si vite parentū fuerit insidiatus. Si vxori vel cōcubine eius se immiscuerit. Si ex dilapidatione filij graue dispendiuꝫ parētes sustulerint. Si pro psona vel debito eius inquātū pōt fideiubere noluerit. hoc tñ qđ de fideiussiōe dicit

Fili⁹ a patre pōt exheredari. xiiij. causis.

ad filios masculos tm̄ ptinet. Item si prohibuit eos facere testamentū. Si cōtra voluntatē parentū inter arenarios ⁊ mimos pseuerauerit: cum pater nō fuerit illius professionis. Si filia vitā luxuriosam egerit cū parētes vellent eā pro posse dotare nisi neglexerit eā maritare. vsqꝫ ad. xxv. annos. Si parētibus furiosis debitā curā non impēderit. Si parentē captuꝫ de carcere deducere neglexerit hoc tm̄ habes in premissa auč. Vnde versus. Bis septem causis: exheres filius esto. Si patrē feriat vł maledicat ei. Carcere detrusuꝫ si negligit: ac furiosum. Criminis accuset: aut paret insidias. Si dederit grauia sibi dāna: nec hoste redemit. Testari phibet aut dat arena locuꝫ. Si prauos sequitur: vel amat genitoris amicā. Non orthodoxus: filia qñ coit. hos versus habes in summula pauperum.

Versus.

Idem archiepō Terraco.

¶ Ex causa leui ⁊ temeraria coiuges etiam quo ad thoruꝫ ⁊ mutuā cohabitationē se separare nō pñt etiam cū iuramēti iterpositione. Ca. xxiiij.

Tua nos duxit fraternitas cōsulendos qd tibi super hoc sit faciendū ꝙ. B. ⁊ A. vxor eius ad inuicem iurauerūt: se nunꝙ mutuo petituros [f]: idem ꝟo nunc repetit illaꝫ instāter: ea ecōtrario affirmāte ꝙ prius se faceret sarracenā ꝙ rediret ad eum. ⁊ infra. ¶ Nos igit fraternitati tue rn̄dentes mandamus quatenus vtrūqꝫ ad cōtinentiā seruandā moneas ⁊ inducas: quam ⁊ si ꝓmittere voluerit ⁊ seruare: vtrūqꝫ dimittas sine alio cōmorari [g]. alioqui si vir noluerit conti

Tua nos duxit. ¶ CASVS. Quidā. B. noīe ⁊. A. vxor eius adinuicem iurauerunt se nunꝙ mutuo petituros. Quesiuit ordīari⁹ qd sibi sup hoc esset agēdū. Mādat papa eidē quatenus vtrūqꝫ inducat ad cōtinētiā obseruandā: qđ si facere noluerūt: ⁊ seruare cā maneant separati: alioq compellatur mulier ad virū redire: cū iuramentū illud temerariū fuit ⁊ vterqꝫ illorū adulterium cōmiserit. ¶ Nota ꝙ iuramentū nō preiudicat matrimonio: sed ecōuerso matrimoniū preiudicat iuramento infra de sponsal. capitulo pe.

¶ Tua nos. ¶ Coniuges abiurare se non possunt. Ita summat Io. Diuiditur. in prima consultatio. in secunda responsio. Secunda ibi [Nos igitur.] Abbas.
¶ Glo. seq. ponit opi. quam reprobat.
f ¶ Petituros. Temerarium fuit huiusmodi iuramentum: ⁊ ideo nō fuit obligatorium. xxij. qō. iiij. inter cetera. ⁊ C. de nup. auč. quod eis permittitur. Et dicunt quidam penitentiam imponendaꝫ tanꝙ pro veniali. arg. ꝭ. eo. verum. ⁊ xxv. distin. §. criminis. imo ad minus vnius anni penitentia iponitur pro temerario iuramento. xxij. q. iiij. qui sacramento. Tan.
¶ Glos. sequens ponit duas opinio. contrarias quas determinat. secundo querit / ⁊ soluit.
g ¶ Cōmorari. Non tñ in seculo vt quidā dicunt ar. j. de conuer. cōiug. ad aplicā. Sed videť ꝙ in seculo. xxxiij. qō. v. quod deo pari: sed si alter vellet intrare monasteriū haberet locum quod ipsi dicunt. Sed quid si iurauerunt ꝙ nunꝙ diuertent ab inuicem nunquid est seruandum iuramentum tale cum possit seruari sine interi

¶ No. ꝙ p ista ꝟba moneas ⁊ iducas iniunctio ter. posita nō mādať pcise coactio vt. qđ legiť ⁊ no. in. c. ij. de spō. Abb.

Iuramentum viri ⁊

rtoris q
mnq ab
nuicé di-
rertét: an
it fuádú.

tu salutis eterne: Non videt: quia nec penalis stipulatio teneret: vt si culpa alterius diuortiū factum fuerit dabis cētum. ff. de verbo. oblig. si stipulatio facta fuerit. Sicut enim libera debēt esse matrimonia in contrahēdo: ita in dissoluēdo. C. de inutil. stipu. liberam. & C. de nup. neq3. argu. ff. de dona. inter virum et vxo. ea que. & ff. de vbo. ob. ticia. & j. de sponsa. gēma. Joañ. hoc nō determinat. Sz credo si vellent intrare religionem possent: quia non dicitur infringere iuramentū qui in melius illud cōmutat. s. eo. c. iij. & j. eo. de voto & vo. redēp. c. scripture. et iuramētum illud benignius est interpretādum. s. eo. ad nostram. & c. quanto.
¶ Glo. sequēs recitetur per qōnem.
a ¶ Reuertat. hic dicerez q ppria auctoritate debet redire ad virum: nec expectare superioris auctoritatem.
b ¶ Utrinq3. Sic j. de reg. veniens. j. de diuorc. significasti. j. de adulte. c. pe. & vlti. j. de excep. cum ecclesiastice. & xxxij. q. vj. nihil. & ff. de compensa. si ambo.

niere: tu illā vt reuertatur[a] ad ipm: & tanq3 vxor cuz viro moretur: per excōicationis sniaz (appellōne remota) cōpellas: cuz & temerariū fuerit huiusmodi iuramentum: & adulterium vtrinq3[b] sit cōmissum.

Idem Genueñ. archiepo.

¶ Js qui iurauit cum muliere cōtrahere propter superuenietem fornicationem vel deformitatem eam repellere potest ppter precedētē non. h. d.

Quēadmoduz[c] Cap. xxv: si vir mulieri iurasset qñ ɔtraxit cum illa: q eam semp pro legitima vxore teneret: p fornicatione quaz mulier antea cōmisisset non posset eam dimittere[d]: sz pro fornicatione quā postea ppetraret eam dimittere posset: non obstāte huiusmodi iuramēto: quoniā in eo talis erat subintelligenda conditio[e]: si videlicet illa in legem coniugij non peccaret. Ita siquis iurauerit se ducturuz aliquā vxorem: non pōt ei fornicationem opponere pcedentem[f]: sed subsequētem: vt illā non ducat in coniugem: qz in illo iuramēto talis debet cōditio subintelligi: si videlicet illa contra regulam desponsationis non venerit. ¶ Alioqui si post huiusmodi iuramētuz publica meretrix fieret teneret eam ducere in vxorem: qd est prorsus absurdū. Nam si post ɔtractum cōiugiuz vir ppter fornicationē licite pōt vxorez a sua cohabitatiōe dimittere:

les. Secūda ibi [Illud autē.] Tertia ibi [Qz si.] Prima subdiuidit. Nam primo inducit simile cōsultationi facte de. Secūdo soluit ibi [Ita siquis.] Tertio pbat solutionez per euitationē absurditatis. & per rōnē. ibi [Alioq.] Quarto respōdet oppositioni iuramēti. ibi [Non obstāte.] Qd responsum probat per euitationē absurditatis. ibi [Qz si post.] Secūda pars principalis nō subdiuidit. Sed tertia pars sic. quia Primo ponit casuz. Secūdo allegat pro negatiua. ibi [Cum scriptura testetur.] Tertio pro affirmatiua. ibi [Sed nunquid.] Quarto soluit ibi [Tutius ergo.] Abbas.
c ¶ Quēadmodū. Aliqs iurauit se aliquā ducturū in vxorem: que post sponsalia fornicata est. Querit an teneatur ipam ducere vxorē. Ad qd respōdit papa: quēadmodū &c.
d ¶ Dimittere. Nec etiaz accusare. ff. de adulte. si vxor. §. siquis vxorez. & §. vlti. & C. ad. l. iul. de adulterijs. propter violatam.
¶ Glo. sequēs. ponit decem generales cōditiones iuramentis subintellectas. in fi. querit. & soluit.
e ¶ Conditio. Nota q plerūq3 intelliguntur conditiones in iuramentis: vt hec. si placet pape: vt. s. eo. venientes. Item hec si deo placuerit. xxij. questio. ij. beatus. §. j. Item hec si res in eodem statu permāserit. xxij. questio. ij. ne quis. ff. de solut. cum quis. Item si mihi seruabitur fides. s. eo. peruenit. & ff. locati. quero. §. inter. Item honeste & possibiles: vt hic dicitur. & j. eodem. sicut. Item hec si mihi numeraueris pecuniam. C. de non nume. pecu. indubitati. Item hec si nuptie fuerint secute. ff. de iure do. stipulationem. Item hec si non imoderatum quid precipiatur. s. eo. veniens. & c. quintaualis. & ff. de oper. libert. si libertus. Item facultas subintelligit. s. eo. breui. Item cōmoditas. ff. quarū rerum acqui. non da. l. j. §. que honorāde. Speciales autem conditiones non subintelligūtur si non exprimūtur: lz mente concipiant. xxxij. que sti. vlti. c. vlti. in fi. C. de condi. ob turpem cau. si repetendi. nisi vbi lex exprimit aliquid tacite agi inter cōtrahentes: quia tunc illud pro expresso habetur. ff. si certum peta. cum quid. & ff. de verbo. obli. triticum. Et hec vera sunt in promissorijs iuramētis: sed in assertorijs nulla cōditio subintelligitur: & de tali loquit. xxxij. q. vlti. c. vlti. & C. de iure dot. si mulier a viro. Sed nunquid dicemus omne iuramētum cōditionale: si omnes premisse conditiones subintelligūtur. Certe nō. ff. de condi. & demōstr. conditiones. vbi dicitur. Conditiones que tacite vidētur non faciunt legata conditionalia.
f ¶ Precedentem. Quia ex quo semel probauit mores ipsius non potest postea reprobare. xxxij. questio. v. horrendus. nisi ex superueniēti causa: vt. s. de etate et qualita. accepimus. & s. de offi. delega. insinuante. & iij. questio. iij. §. siquis testibus. J.

illa & ba p mitto q te nebo te p legitia vxore ɔhit matrimoniū de presenti. de q vid bonū ter. cū ibi no. in. c. ex parte. j. de spō. Abb.

Quemadmodum. ¶ CASVS. Quidaz iurauit se ducturuz aliquam in vxorē: que post ista spōsalia sic ɔtracta fuit fornicata. Queritur / an teneatur eam ducere in vxorem preterttu huius iuramēti. Respōdet papa per simile & quasi a maiori: si vir iurasset mulieri quando cōtraxit cum illa: q eam semper pro legitima teneret eā non posset dimittere pro fornicatione quam ante rectum matrimoniū cōmisisset. Sed si post ɔtractum matrimonium & prestitū iuramētum fornicat: eam dimittere possit non obstāte huiusmodi iuramēto: qz in illo talis conditio subintelligebat si illa contra legē matrimonij non peccaret. Eodem modo si aliquis iurauit se ducturū aliquam in vxorē non potest ei fornicationez opponere precedētem: sed subsequētem: vt eam ducere nō teneat: quia in illo iuramēto talis debet ɔditio subintelligi: si ius cōtra legez despōsationis non venit: alioqui si post tale iuramētum fieret publica meretrix eam deducere teneret: qd esset prorsus absurdum. Et hoc pbat per locum a maiori si vir post contractū matrimoniuz ppter fornicationem dimittere potest vxorez: multo fortius ante cōiugiū celebratū ppter fornicationē potest non admittere sponsam: quia turpius eijcitur: q3 nō admittitur. Nec obstat iuramētum in aliquo istoz casuum: qz iuramētum illud tale est ppter cōditionē subintelligēdum: qd potest seruari & non seruari sine trāsgressione iuramēti. Preterea: si post huiusmodi iuramētuz huius. M. mulier fieret leprosa / vel paralytica / vel nasuz amitteret: vel quicq3 turpius ei ɔtingeret: teneret eam ducere in vxorē. Rñdet: si esset vxor de pñti eaz dimittere nō posset: si spōsa de futuro eam ducere nō tenet: qz multa impediūt matrimonium ɔtrahēdum: que non dirimūt iam cōtractum.
¶ Quēadmodum. ¶ Diuidit in tres partes principa-

Conditiones multe sunt in iuramēti subītellecte.

¶ No. ex hoc. c. q p

longe fortius[a] ante cõiugiũ celebratuz ppter eãdez cãm sponsus licite põt in suam cohabitationem nõ admittere sponsam[b]: qz turpius eijcitur[c]: q̃ nõ admittit hospes. † ℭ Nõ obstãte in alterutro[d] casu vinculo iuramenti: qđ quidez ppter subintelligẽdam cõditionem est tale: vt is qui iurauit ad vtrũqz[e] sine transgressione se possit habẽ. ℭ Qđ si post huiusmodi iuramẽtuz mulier fieret nõ solũ leprosa: sed etiaz paralytica/vel oculos[f]/vel nasum amitteret: vel q̃cq̃ ei turpius eueniret: nunqd vir teneretur[g] eam ducere in vxorez: pfecto ductam non posset dimittere. Sed nunqd nõ ductã admittere teneretur[h]: q̃uis[i] interdũ cõtractum nõ dirimat qđ impedit[k] contrahẽdum?

ℭ Si vir iurauit non accusare vxorem temerariũ est iuramẽtum: sed si spẽaliter de adulterio hoc iurauit denunciare poterit: sed accusare nõ debz.

ℭ Illud[l] aũt iuramẽtum est pculdubio temerarium si vir iuret vxori: q eaz super nullo crimine[m] accusabit: qz mulier fieret ĩfidelis: z nollet cohabitare viro absqz cõtumelia creatoris: vel vt illum traheret ad ĩfidelitatis errorem: tũc incũctãter deberet illaz impetere apud iudicẽ suũ vt eã (nisi penit⁹ resipisceret) oĩno dimitteret[n] ẽm canonicas sanctiões. ℭ Qđ si expresse iurasset q eaz sup adulterio nõ ĩpeteret esset ne seruanduz huiusmodi iuramẽtum? ℭ Cum scriptu-

Exceptio facili⁹ daĩ q̃ actio.

a ℭ Fortius. Nam cui damus actionẽ multo fortius exceptionem. ff. de reg. iur. inuitus. §. cui damus. z. ff. de super. l. j. §. plane. z. s̄. eo. debitores. Q̃nqz tamen cõsequimur excipiendo qđ agẽdo petere non possumus. de neg. gest. l. iij. §. pupillus. z. ff. de cõpensa. si cuz filiofamilias. Quãdoqz quedã cõsequimur agendo que non cõsequimur excipiendo. s̄. eo. debitores. z. s̄. qđ metus cau. ad audientiam. Item põt depositũ repeti: sed non compẽsari. C. de cõpen. l. vlti. z. j̄. de deposi. bona fides. §. ij.

† ℭ Con. l. pe. ff. de condic. ob tur. cau. et l. gñalr. et l. si plagij. z ibi bart. ff. de vbo. obli.

b ℭ Spõsam. Naz z sponsus põt sponsaz accusare de adulterio quasi mrĩmonio iaz initiato. Argu. C. de adulte. propter. nisi in casu. ff. de adulter. miles. §. cõquerebaĩ. qz z iniuria ei facta est. ff. de iniur. item apud. §. spõsuz. qz nec matrimoniũ: nec speciẽ matrimonij violare permissum est. ff. de adul. si vxor. §. diu⁹.

c ℭ Eijcitur. Deterior nãqz dolus ei⁹ cognoscitur qui interruptam iterũ litem deseruit: q̃ qui semel ceptam dereliquit. in auc. de litig. §. omnẽ. in fine. collac. viij. z minus malum est viam domini nõ agnoscere q̃ post agnitam retroire. j̄. de apost. quidam.

d ℭ In alterutro. i. in vxore dimissa: z spõsa nõ admissa.

e ℭ Ad vtrũqz. s. vt eam recipiat: vel non recipiat.

ℭ Glo. sequens recitetur per obiectionem. demum querit. arguit pro. z soluit contrarium.

f ℭ Oculos. Sic pz q iuramẽtuz q̃nqz põt seruari sine interitu salutis eterne: z tñ non teneĩ illud seruare. Sed hoc ideo est: qz honestas intelligiĩ in hoc iuramẽto: vt si res in eodẽ statu pmanet. Id enim tacite agiĩ. xxij. q. ij. ne qs. z. ff. de sol. cum quis. Sed si iuramẽtum nõ posset seruari sine iteritu salutis eterne: vel si esset cõtra leges/vel bonos mores seruari nõ dz. s̄. c. pxi. z. c. quintauallis. z ff. de leg. j. si qs singulos. §. vlt. ff. de lega. iij. si qs. in prin. z. ff. de iurepa. adigere. secus esset si mulier laboreĩ in facultatibus. Sed quid si per violẽtiaz opprimaĩ spõsa de futuro? Videĩ q nihilominus teneaĩ cum ea cõtrahere. ar. xxxij. q. v. reuera. ff. de adul. si vxor. §. siquis plane. Sz non est verũ. xxvij. q. ij. raptor. z. c. seq. z. xxxij. q. v. finge. z. c. ille. Et ita punitur sine culpa: sed non sine cã.

Sponsam ẽt per vim oppssaz si teneĩ spõsus accipere.

g ℭ Teneret. q. d. non: qđ verum est in sponsa de futuro. j̄. de coniug. lepro. c. vlti. Sponsam vero de pñti ducere teneĩ: qz non reperitur casus: nisi vnus in quo possit eam dimittere. j̄. de conuer. coniug. ex publico.

h ℭ Teneret. q. d. non teneretur eam admittere.

i ℭ Q̃uis interdũ. Istud q̃uis non est aduersatiuuz: sed causatiuum. z ponitur q̃uis/pro quia.

k ℭ Impedit cõtrahendũ. Ut votum simplex. xxvij. dis. si vir. sic. xv. q. j. §. vlti. vbi dicitur non omnia que impediunt ordinandum deijciunt ordinatum.

ℭ Illud aũt. In. §. isto questio poniĩ que est talis. Aliquis iurauit q sup nullo crimine accusaret vxorez. Queritur/an istud iuramentũ esset seruandũ. Respõdet papa q iuramentũ tale temerarium est: qz si mulier fieret infidelis: z nollet cohabitare viro sine cõtumelia creatoris: vel illud traheret ad mortale peccatũ debet statim illaz accusare apud iudicez suũ: z nisi se corrigat illã dimittere debet ẽm canones: sz si iurauit expresse q eam super adulterio nõ accusaret: nũ quid dz seruari hoc iuramentũ. Et videtur q nõ: quia dicit scriptura. patronus est turpitudinis: qui crimẽ velat vxoris: z in euãgelio diciĩ: si primo z scđo correcta nõ se emẽdet: dicendũ est ecclesie vt tanq̃ ethnica et publicana postmodũ euitetur: sed contrariũ videtur: q sit seruandũ: qz non solum septies: sed septuagies septies dimittendu3 est vxori peccata. Respondet papa q in hoc casu tutius est ppter iuramentũ: vt eam nõ accuset ad diuortiuz celebrandũ: sed denũciare debet illam ad penitẽtiã peragendam. ℭ Nota/q in iuramento honeste cõditiones subintelligũtur: q̃uis non apponãtur. Item non potest quis reprobare vxorez: quã approbauit ex causa precedẽti matrimoniũ/vel sponsalia. Item multa impediũt matrimoniũ cõtrahendũ: que nõ dirimũt iam cõtractũ. Itez matrimoniũ de pñti nullo casu superueniente dissoluiĩ: nisi ante carnalem copulam profiteaĩ alter. Item siquis iurat simpliciter non accusare vxorez de adulterio seruãdum est iuramentũ: tamẽ debet eam denũciare: vt peniteat: qđ si non fecerit/poterit eam dimittere. Et sic alia via consequiĩ intẽtionem suam: z alia denegaĩ. Itez qui non potest accusare potest denũciare.

l ℭ Illud aũt. Aliquis iurauit q sup nullo crimine accusaret vxorẽ suam: queriĩ/an istud iuramentũ sit seruãdum. Ad qđ respondet papa. Illud zc̃.

ℭ Glo. seq. distinguit penã criminis cõmissi z cõmittẽdi.

m ℭ Crimine. Naz pactũ illud nõ valet: siquis paciscatur ne aliũ accuset de crimine nondũ ppetrato. ff. de pac. si vnus. §. pacta. z. §. illud. tñ de crimine iam cõmisso pacisci põt ne de eo agaĩ. ff. de pac. si vnus. §. pacta. z. j̄. eo. c. p. nõ solũ septies zc̃. Nec illud pactum tenet: ne dolus prestet. ff. de reg. iur. cõtract⁹. Talia enim pacta cõtra publicã vtilitatẽ esse videnĩ: quia per ea inuitanĩ hoĩes ad peccandũ impune. sile. ff. de pac. pacta. cõuenire. z. s̄. de cõsue. c. pe. z qz publice vtilitatis est ne crimina remaneãt impunita. j̄. de sen. excõ. vt fame. z. ff. de sol. stichum. §. j. z. ff. ad. l. aquil. ita vulneratus. in fine.

n ℭ Dimitteret. Quia frater/aut soror non est seruituti subiect⁹ in huiusmodi. xxviij. q. j. si infidelis. z. j̄. de diuor. quãto. iuxta illud. Spernas spuentẽ vel blasphemare volẽtẽ. Vel te credẽtez/scelus ad mortale trahẽtẽ. Naz sunt absqz mora/sic vincula rupta priora. Vincẽ.

a ¶ Patronus. xxxij. q. j. c. j. ⁊ ff. ad. l. iul. de adulte. l. ij. §. ij. ⁊ ff. de fur. qui vas. §. j. ar. j. de adul. si vir.
b ¶ Ethnica. Ethnos. i. gens inde ethnica. i. gentilis.
¶ Glo. seq. signat contrarium / ⁊ remittit.
c ¶ In hoc casu. Ultimo. s. vbi iurauit nõ accusare eã de adulterio. ⁊ ita potest quis se obligare pacto ad nõ accusandũ. j. de accu. veniẽs. Ar. cõtra. ff. de pac. si vnus. §. illud. ⁊. §. pacta. ⁊. ff. de pac. do. cõuenire. Sꝫ solutũ est. s. in notula. nã illud.
b ¶ Desistat. Et ita pactũ ⁊ iuramentuꝫ valet quatenus tãgit rẽ familiarẽ nõ in eo ꝙ publicã: vt dixi in notula. nam illud.
¶ Glos. seq. querit. ponit opi. Jo. ⁊ in fi. opi. Tã. in medio notat ꝙ cui vna via ⁊c. alleg. vnã cõco. ⁊. v. iura in contrarium.
e ¶ Denũciare. Sꝫ quid si nollet corrigi nec curaret de excõicatione. Dicit Jo. ꝙ tunc licite põt eã deserere: qꝛ iam est cõtumeliosa creatori suo. xxviij. q. j. si infidelis: ⁊ sic qñqꝫ cui precludit̃ vna via alia via ad idẽ admittit̃: vt. iij. q. iij. serui neqꝫ ⁊ hic: qꝛ lꝫ nõ possit eam accusare: poterit tamẽ eã denunciare. arg. cõtra. ff. de tu to. ⁊ cura. scire: ⁊. ff. de cõdi. insti. que sub conditione. §. siquis. ff. de bo. lib. queritur. C. si manci. ita vene. l. vlti. ⁊ s. de procura. tue. Tancre. dicit ꝙ non debet eam deserere: lꝫ se non corrigat: etiaꝫ si vite eius insidiaretur. xxxij. q. v. qcqd mulier: sꝫ dꝫ eã tenere in vinculis: ⁊ castigare cũ hoc ei pmissum sit. xxxiij. q. ij. placuit. ⁊. q. v. hec imago. ⁊. xxiij. q. iiij. duo ista nota. ⁊. xij. q. j. sicut alterius.

Matt. 18. Matt. 18. Luce. 17.

ra testet̃ ꝙ patronus[a] est turpitudinis q celat crimen vxoris: ⁊ ſm regulã euãgelij si primo ⁊ scdo correcta resipiscere nollet dicendũ esset eccl'ie: vt tãqꝫ ethnica[b] ⁊ publicana deinde vitaret̃: nec per hoc libera pberet̃ ei peccãdi facultas ppter ĩpunitatẽ peccati. ¶ Sed nunqd vir nõ potest dimittere vxori peccanti nõ solũ septies: sed etiaꝫ vsqꝫ septuagesies septies ſm euãgelicã veritatẽ. ¶ Tutius ergo in hoc[c] casu videt̃: vt ppter iurisiurandi religionẽ vir accusare desistat[d] vxorẽ ad diuortium celebrandũ: qꝫqꝫ denunciare[e] eaꝫ possit ad penitentiam peragendam.

I dẽ abbati ⁊ capl'o Castell'.

¶ Licite ex cã necessaria et p religiosos iurat̃. Cap. xxv.

Et si christus preceperit ſm euãgelicã veritateꝫ sit sermo[f] vester. est. est: nõ.[g] non. vt affirmatio[h] vel negatio sicut pcedit ex ore ita pcedat ex corde: qꝛ tñ hoium excrescente malitia simplici assertiõi vel negatiõi vix credit̃ idcirco prudẽter adiũxit: qð amplius est a malo est. a malo qdẽ nõ tam culpe qꝫ pene: nec exhibẽtiũ: sed exigẽtiũ iuramẽtũ. nã ĩcredulitas hmõi magis est pena qꝫ culpa vñ nõ dixit malũ: sed dixit a ma

¶ Per tuas lr̄as. CASVS. Appellatū est a sentētia diffinitiua: vel saltem post publicationem testiū. Queritur/vtrum illi qui de appellōne cognoscūt/possunt cām sibi cōmissam terminare: si altera ptiuꝫ eorum se conspectui noluerit presentare. Respondet papa: ꝙ cum lis fuerit coraꝫ primis iudicibus cōtestata poterit iudices delegati: cuꝫ eis de meritis cause cōstiterit negociuꝫ terminare: si altera ps citata per ꝯtumaciā se absentet. ¶ No. ꝙ nec in cā principali: nec in cā ap. ꝓcedēdum est ꝯtra absentem: nisi cōtumaciter se absentet.

¶ Per tuas lr̄as. ¶ Cōis diuisio. Secūda pars ibi [Nos igitur.] Abbas.

¶ Glo. sequens distinguit: aut reus est contumax: aut actor: aut est lis cōtest. aut non: ꝛ aut liquet de causa: aut non. Secundo querit. ꝛ dupliciter soluit.

¶ No. ex h. c. ar. bonū ꝙ ex ꝓfixione termini facta p iudicē a quo nō vr̄ delatū appellatiōi: nā ista ponūtur hic vt diuersa. Diēiꝫ ī ter. ꝙ nō fuit termi nus prefixus: nec appellōni delatum. Abbas.

¶ No. ex h ter. ibi. se per ꝯtumaciā absentanteꝫ. arg. a ꝯrio sensu: ꝙ si

vtraq; ps est p̄ns dz fieri litis cōtestatio i cā appellationis. Abbas.

C Nos igit̃ ɔsul.t.t.rñ.q cū lis sit sup eodē negocio coraz primis iudicibus legitime cōtestata: poterūt iudices delegati: eo qui ɔuenit̃ se per contumaciā absentāte: cū eis de meritis cāe liquebit [a]: cōmissum sibi negocium diffinire.

Idem in concilio generali.

C Notabile et famosum. c. habēs multa noua dicta vtrūq; ius limitantia: z hoc dicit in summa inherēdo simpliciter verbis lr̃e. Appellans ante sententiā tenetur exprimere cām rationabilē corā quo iudice a quo: nec admittit̃ exceptio q prius miserat nunciū ad se.apo. vel q lr̃as impetrauerat que nondū sunt iudici p̄sentate. Capitulum.lix.

a C Liquebit. No. q si iudici nō liquet de cā tūc dz cōstituere p̄ntē possessorē: nec audiret̃ aduersarius nisi de ppꝛietate: vt.C.qñ̄o z qñ iu.cōsentaneū: vel si liquet ꝓcedat ad diffinitiuā sniam: z hoc intellige in casu altero istius decre.cū fuit appellatuz testibus publicatis ante sniaz.vt.s.de do.z cō tu.pront: vbi de hac mā plene di. Item si possessor est p̄sens z actor abñs: tunc siue lis sit ɔtc. siue nō. pōt dari diffinitiua snia si constet de meritis cāe: z sic itelligit̃.s. de do.z ɔtu.cāz.z sic pōt etiā itelligi.s.de restitu.spo.audita. z C.qñ̄o z qñ iud.auc. g semel: sed si non liquet ei de cā: absoluet reuz ab obseruatiōe iudicij: z in expēsis condemnabit sibi actorē.C.de iudi. ꝓperandū.§.sigdē nec obstat qd di actore non ꝓbante reus z si nihil p̄stiterit obtinebit.vj.q.vlti.actor.z.j.vt ecc.bñfi.vt nr̃m. z.s.de cā pos.z ppꝛi.cū ecclia. Illa regula locū hz cū ambo sūt p̄ntes: sed in alio casu istius decre.cū appellat̃ a snia dz illā ɔfirmare vel infirmare.ij.q.vj.in fi. Sed pone q iudices priores qui tulerūt sniam ɔdēnationis crediderūt actorē bñ ꝓbasse itentionē suā cū i veritate nō ꝓbasset. in cā appellonis altera pars que appellauit est abñs p cōtumaciā vt ibi dicit: z ille ꝓ quo lata est snia est p̄ns: iudicibus ɔstat q p̄ns nō ꝓbauit: vñ sniam ɔfirmare nō p̄nt. Credo q cassanda sit snia: z q: ille reus est ɔtumax adiudicabūt p̄nti possessionē reseruata q̄ne ppꝛietatis absenti sicut facerent ante sniam. Uel dic q sufficit tm̄ infirmare sententiam condemnando absentem in expensis.ij.q.vj.in.§.appellatore.Ber.

Ut debitus. C CASUS. Qꝛ frequēter malitiose appellabat̃ z in grauamē alterius ptis z in derogationē iudicis voluit ɔciliū nisi iudicib9 honor debit9 deferat̃ z ɔsulat̃ litigatoribus sup laborib9 z expēsis: statuit vt siqs corā idoneo iudice cōuenit aduersariū suū ille ad supiorē ante sniam nō appellet absq; cā rōnabili allegata corā iudice a quo appellare intēdit: sz corā illo suā iustitiā ꝓsequat̃ nō obstāte si dixerit q ad supiorē ꝓ cā illa nunciū destinauerit aut lr̃as ipetrauerit ab eodē que nōdū fuerūt iudici delegato assignate: si vo putauerit appellādū ex cā rōnabili corā iudice illā exponat talē videlz que si foret ꝓbata litima putaret̃: postmodū superior de appellone cognoscat: z si ɔstiterit minus rōnabilr appellatū aliū remittat ad illū a quo appellauit: z et super expēsis alteri parti ɔdēnet eūdē. si vo appello legitima fuerit in cā ꝓcedat: saluis cōstōnibus de maioribus causis ad se.apo.pferendis. C Nota q ante sniam nullus dz appellare nisi grauet̃ z cā assignata corā iudice a quo appellat̃. Itē nō valz nūciū misisse vel lr̃as hie que nōdū sunt delegato assignate. Itē qui minus legitime appellat remittit̃ ad illū a quo appellauit z in expēsis alteri parti condemnatur.

C Ut debitus. C Diuidit̃ principalr in tres ptes. In p̄ma ponit̃ duplex ɔstōnis cā. In scd'a cōstō. ibi [Statuimus.] In tertia quedā ꝓtestatio. ibi [Saluis.] Abbas.

C Glo.seq.alleg.concor.z arguit.

b C Deferat̃. Si.C.qñ ꝓuo.nō est nece.oēm honorē.z sic est ar. q iudices honorandi sunt pp suam dignitatez.

No. ex hoc.c. vnā regulā de iure canonico q an̄ sniam sp

c C Corā idoneo. Hoc ideo dicit: q: si cōueniat̃ coram nō suo iudice nō obest ei: q: dz allare priuilegiū fori: nec p̄iudicat̃ ei qd facit corā eo.s.de iud.at si clerici.z.s.de fo.ɔpe.si diligēti.z.c.significasti.z est ar.ad q̄nē: vtz interruptio facta sit p lit.ɔte.corā nō suo iudice: q nō sit interruptio fctā: pz.C.ne de sta.defun.si pr̃.

pōt appellari cā rōnabili exposcēte: sicus de iure ciuili: vt in.c.super eo.s. eo.Abba.

Ut debitus honor deferatur [b] iudicibus † z litigatoribus cōsulat̃ super laboribus z expensis. C Statuimus vt siqs corā idoneo [c] iudice cōuenerit aduersarium: ille ante sententiā [d] ad supio-

C Glo. seq. prio ar. a ɔrio. Scd'o no. cēs iudices eq̃tos. Tertio q̃rit/ z ponit duas solutiōes Jo. z p̄mā nō approbat. Demū alr soluit dicēs q remotio appellonis nihil operat̃ hodie.

Ar.h glo.

d C Ante sentētiā. No. q dicit an̄ sniaz: ergo de appellatiōe post sniam nihil statuit: q: qd de vno di de alio negat̃.xxv.di stin.qualis.z.s.de p̄sump.nōne. qd verū credo: z idē di in decre.noua.eo.ti.cordi.nobis.li.vj. Et ita pz q hodie idem iuris est in oībus iudicibus delegatis z subdelegatis et ordinarijs a qbus vō pōt appellari nisi cā rōnabili allegata scripta vel nō scripta: q: dicit corā idoneo iudice: z sic nō hz locū hodie decre.illa sup q̄nū.§.si vo duo.vbi dicit q si delegatus alq̃ cōmittat vices suas ab illo poterit appellari: lz cā sit appel.re.cōmissa: sed q̄tuz ad aliā bñ tenet. Cū ergo remota sit appellatio ante sniam ipso iure.vt hic ꝓbat̃ qd operat̃ remotio appellonis cū papa semp scribat appel.re. Jo.an.dixit q remotio appellationis hoc hodie operat̃ vt post sniam appellari non possit qn iudex possit mandare sniam executioni nō obstante appellone nisi hēat cām ꝓbabilē appellandi: sed si nō est remota appellatio: tūc appellari pōt post sniaz s̄m q appellabat̃ ante ɔstōnem istā.s.de offi.deleg.sup eo. Sed hoc nō est verū: q: de appellone post sniam nihil statuit̃ per istā ɔstōnem.vt dixi.z Jo.et nō p̄sistit in hoc. imo dicit q si remota est appellatio nō pōt appellari nisi in casibus exp̄ssis a iure.s.eo.pastoralis: z si non est remota tūc appellat̃ quoties hz ꝓbabilē cām appellandi talē: que si eēt ꝓbata zc. vñ pōt dici qd illud idez opat̃ hodie remotio appellonis cū apponit̃ in literis qd olim opabat̃: q: pōt appellari in causis tm̄ exp̄ssis a iure: lz sit remota appellatio in nō exp̄ssis nō poterit appellare: vt.s.e.pastoralis vbi notant̃ qdā de illis casib9 z ita p remotionē appellonis nō posset hodie appellari in casibus non expressis: sed in alijs posset. Ex vi huius cōstitutionis pōt appellari vbicūq; qs grauat̃: lz grauamen nō sit exp̄ssum in iure: z q: iniquū erat q aliqs euidēter grauatus nō posset appellare q hēbat ꝓbabilem cām appellādi: cū casus ille non esset expressus in iure: emanauit ista ɔstō qua cauet̃ q qcūq; hz ꝓbabilē cām appellādi talē: que si eēt ꝓbata zc. lz illud grauamē nō sit exp̄ssum in iure possit appellare: z ita hec constō ad alia extēditur q̃z illa decre.pastoralis. quoties enī noua lex ɔstituit̃ ad eas spēs ptinere nō vr̃: qbus spālr ipa lege pena addita est.ff.de pe.sanctio legū. z ita constitutio ista pmittit appellare vbi remotio appel.ꝓhibebat: ergo siue sit remota appello in lr̃is: siue nō: idem iuris est. Si enī non est remota ap. pōt appellare vbicūq; pmittit̃ appellatio p iura spālia: vt.s.eo.postremo.z.c.ex pte.z.c.significātibus: z in oībus cōsimilibus vbi expmit̃ in decr. q possit ap. z bñficio istius ɔstōnis pōt ap.

† C Con. l. cui muneris.ff. d mu.z ho.

Appellationis remotio qd hodie operatur.

Lex noua nō respicit casus sufficienter decisos.

in oibus aliis casibus nō expressis vbi exprimit talis cā que si foret pbata legitima eēt:l3 illa nō sit scripta in iure:ꝛ ita p3 ꝙ remotio appellationis quo ad veritatē nihil operat:sed potius apponit ad cautelā:qꝛ plus timeri solet qđ specialiter ꝓhibetur ꝙ̄ qđ generalr̄ iperatur. xx.q.vi.ꝙ̄ꝙ̄:ꝛ cōsuetudo est ecclesie:ꝛ tā in principalibus qōnibus ꝙ̄ in incidētibus remota est ap.p istā ꝯōnem ꝛ corā quocūq3 iudice: nisi

rē iudicē absq3 rōnabili[a] causa non prouocet:sed corā illo suā iustitiam prosequat: non obstāte si dicat[b] ꝙ ad supiorem iudicem nuncium destinauerit:aut literas ipetrauerit.

cū qs grauat in casibus expssis vel nō expressis:ꝛ sic papa remouet id qđ iā remotū est de iure.sic ꝓcedit papa qđ de iure cōi cōcessū3 est.ꝫ.de iureiu.ꝛ si chr̄istus. in fi. a. ℭ Absq3 rōnabili cā. Sic ergo remota est per istam cōstōnem quelibet appellatio que absq3 rōnabili causa apponit. Quid ergo operatur clausula de remotione appellationis que tota die apponit in rescriptis. Dicūt quidā ꝙ nihil:sed apponit ad cautelā:qꝛ plus solet timeri qđ specialiter iniungit ꝙ̄ qđ generaliter imperatur.ī. de here.si aduersus.ꝛ.xxiij.di.ꝙ̄ꝙ̄.sed ꝯtra istos opponit.ꝙ ꝼm eos ista clausula frustra mēbranas occupat ꝯ illud qđ legit.xix.di.si romanoꝝ. Jtē ꝓ nihilo est facta decre.que distinguit an pdicta clā ponat in medio literaꝝ:ꝛ ꝼm hoc tm̄ pmissa amplectit:an ponat in fine vt sic oīa pmissa cōprehēdat.ī.eo.inqsitioni.que post hanc ꝯstōnem emanauit. Jdcirco alij dixerūt ꝙ hec ꝯstō etiā tm̄ in ordinario locū h3.ꝯtraria aūt in delegato loquuntur:sed ꝓpter hoc nō est soluta qō qcqd pdicta clā operet. Tertij dicunt ꝙ ante snīa3 nihil opat:qꝛ remota est appellatio qlibet nisi ex cā ꝓbabili fiat p istā ꝯstōnē:s3 post snīam impedit executionē ēt snīe si pp cām expssam in iure fuerit appellatū.ꝫ.e.pastoralis:p istā snīa facit op.ꝫ.de offi.dele.sup eo.in fi.ibi.n.dī.ꝙ si ille cui est cā cōmissa ap.re.suā snīam velit executiōi mādare in piudiciū alterius partiū inter quas cā vertit poterit appellari:vñ tenet ibi appellō facta ab epō vel archidiacono. Et subiungit ibi rō:qꝛ nō illis.s.epō vel archidiacono: sed partibus īter quas cā vertit appellōnis remediū est sublatū:ꝛ sic audit ibi epūs vel archidiaconus appellās: qꝛ nō est eis appellō interdicta. Ergo p oppositū partes inter quas cā vertit nō poterūt appellare:qꝛ eis appellationis remediū est sublatū:ꝛ sic nō obstāte partium appellatione snīa mādabit executioni:qꝛ ꝓhibite sunt appellare:cū als appellōne pēdēte nisi eēt pdicta clā non posset snīa executioni mādari.ꝫ.de iureiurā. veniens.ꝫ. eo.c.dilectis. Jstoꝝ snīa ipugnat in eo ꝙ dicunt ꝙ ante snīam nihil operat. Est.n.reperire casū3 in quo h3 necessario opari. Nā ꝼm canones omissis oibus medijs pōt ad papā appellari.ꝫ.e.solicitudinē:ꝛ.c.si duobus. ij.qō. vj.ad romanā.cū duobus.c.pce.ꝛ duo.se. Pone ergo ꝙ mihi a papa est cā cōmissa.ap.re.cōmitto tibi litis cōtestationē tm̄:mihi ceteris reseruatis:facta lit. cōte. corā testibus in vis testes recipe ꝛ sic finē mādati excedis: ꝛ sic pōt a tua audiētia appellari. Sed ad quē appellabit nunqd ad papā:cū ad eū oibus omissis medijs appellari valeat vt dictū est.ꝫ. Certe nō.ꝛ si fieret appellō non valeret:qꝛ et virtute pdicte clausule ad me est tm̄modo appellādū:qꝛ mihi de iurisdictiōe reseruaui.ꝫ.de offi. de leg.sup qōnū.§.porro.ꝟ.si cā sit ei appellōne remota cōmissa ꝛc.ergo a ꝯtrario sensu si cā nō eēt ap.re. cōmissa posset appellari ad papā p iura pdicta:nec opponas de pñti ꝯstōne qꝛ nō pōt nisi ex cā ꝓbabili ibidē appellari: qꝛ ego posui ꝙ ex cā ꝓbabili appellat:qꝛ fines mandati excedis:ꝛ sic ꝼm hāc ꝯstōnē appellat:sed non pōt appellari ad papā qꝛ inhibita est appellō in rescripto:ꝛ appellat hic ante snīam diffinitiuā.vñ p istū.§.tā ista snīa ꝙ̄ prima etiā ipugnat:vñ dicūt quarti ꝙ ante snīa3 ꝛ post snīa3 idē opat:videl3 ꝙ nō possit appellari nisi ex cā in iure expssa.p istis est casus decre.ꝫ.e.pastoralis.quē intelligo ꝙ nō possit appellari nisi ex cā expssa in iure ꝙ̄tū ad hoc ꝙ ꝓcessus iudicis p appellationē valeat ipediri:sed grauatus ex cā probabili poterit appellare:ꝛ si de grauamine cōstiterit poterit p supiorē remoueri vt ibi dī. nec obstat hec decre.nā hic dicit ꝙ ex cā ꝓbabili appellari pōt:ꝛ illa dicit idē: s3 dicit illa ꝙ iudex nō tenet appellōni deferre ex quo cā nō est expssa in iure:nec ista dicit ꝙ teneat:ꝛ ideo nō ꝯtradicunt. Patet ex pmissis ꝙ oibus omissis pōt appellari ad principē:ꝛ tñ recipit instātiā pallegato.§.porro. Ut illa mā planius ꝛ plenius pateat:ita est distinguendū: qꝛ appellat qñq3 ab ordinario/qñq3 a delegato/qñq3 a subdelegato:si ab ordinario planū est ꝙ ad ꝓximū supiorē est appellādū.ij.q.vj.placuit.ꝛ.l.canonizata anterioꝝ. §.ad hoc.cū ꝯcor.tñ nihilominus omissis medijs pōt appellari ad papā.ꝫ.e.si duobus.ꝛ.c.solicitudinē.ij.qō.vj. ad romanā.cū duobus.c.pce.ꝛ duo.se. Si aūt appellat a delegato subdistingue:qꝛ aut est delegatus ad vniuersitatem causarū aut ad vnam causam tm̄. Si ad vniuersitatē cāꝝ vt est vicarius epī nō appellabit ad epm sed ad eū ad quē appellaret ab epō.s.ad archiepm3:vt in ꝯstōne Jnno.iiij.eiusdē tit.romana.tñ omisso archiepo ꝛ alijs medijs posset appellari ad papā:vt dictum est supra. Si aūt appellet a delegato ad vnā cā3 tm̄:si est delegat[9] a principe:tm̄ ad pncipē appellabitur:si est delegatus ab alio appellabit ad eū q ipm delegauit.ff.qs ꝛ a quo ap. l.j.in pn.sed ꝛ illo omisso appellari posset ad pncipē:vt dictū est supra. Si ꝟo appellet a subdelegato:subdistingue:qꝛ aut est subdelegatus delegati a pncipe aut subdelegatus delegati a nō pncipe:si est subdelegatus delegati a pncipe:aut ille delegatus subdelegauit totā cām: ꝛ tūc pōt appellare tm̄ ad pncipē:aut sibi aliqd de iurisdictiōe retinuit:ꝛ tūc si sit remota appellō in scripto nō pōt appellari ad papā vel ad pncipē s3 ad delegatū tm̄ q subdelegauit. Sed si nō est remota appellō posset appellari ad delegatū q subdelegauit ꝛ nihilominus ad papā eo omisso:vt.ꝫ.de of.dele.sup qōnū.§.porro. ꝛ p iura pmissa qbus ꝓbat ꝙ oibus omissis pōt appellari ad papā. Si aūt appellat a subdelegato delegati a nō pncipe pōt appellari ad eū q delegauit.ff.qs ꝛ a quo ap.l.j.in pn.ꝛ l.vlti.ꝛ nihilominus eo omisso ad papā:vt p iura pallegata p3. Si qras qñ delegatus a nō pncipe pōt alij cā3 delegare.ꝯ id qđ legit in decre.cū cām q.ꝫ.rñdeo. illud itelligo qñ alicui cāꝝ vniuersitas est cōmissa:sicut est vicarius epī q pōt alij cām delegare.ff.de iud.cū ꝑtoꝝ.ꝛ cōsti. Jnno.iiij.ꝫ.de fo.ꝯpe.romana.§.nec a ꝯtrario sensu.qđ aūt sepius dictū est ꝙ oib[9] omissis pōt ad pncipē appellari itellige ꝼm canones esse veꝝ:sed ꝼm leges si fuerit omisso medio ad pncipē appellatū remittit pnceps cām appellōnis ad eū ad quē debuit appellari.ff.de ap.ipatores. Jtē qđ dictū est.ꝫ.ꝙ a subdelegato delegati a pncipe q totā cām subdelegauit vel cui erat cā ap.re.cōmissa pōt appellari ad pncipē.itellige s3 canones nō ꝼm leges vt in vtroq3 casu appellaret ad delegatū q subdelegauit. C.q.p sua iur.in.da.pos.l.j.ad fi. Uel solue ꝯtieta te illius.l.vt notat in pdic.decre.super qōnum.§.porro.

ℭ Glo.seq.reci.per.q.an sint correcta ꝛc.dicit ꝙ sic.ꝛ rationem reddit:scđo obijcit/ꝛ dupliciter soluit.

b ℭ Si dicat. Et si ꝓpterea appellauerit eius appellō nō est admittēda.ij.q.vj eius q.ff.de ap.reci.eius qui.ꝛ sic correcta sunt iura illa.ꝫ.e.meminimus.ꝛ.c.ad hoc sicut.ꝛ.ꝫ.

Clausula appellōne remota qd hodie operatur.

Appellari ad papam omissis medijs nō semp l3.

Appellat volens ad quē appellabit.

cul. ⁊. s. de offi. dele. cuꝫ cā. qr nō ꝓdest nūciū p̄misisse ad supiorē: nec ꝓdest etiā hēre lr̄as qd̄ plus est: q̄ nōduꝫ sunt iudici p̄ntate: vt h̄ dicit. Rō hui⁹ ꝯstōnis fuit: ne qs sine cā declinet examē ordinarij iudicis: vt ꝓpri⁹ honor debitus iudicib⁹ deferat̄. C. qñ ꝓuo. nō est ne. oēꝫ honorē. vñ

Iudicis examē nō pōt declinari: neqꝫ per missionem nūcij ad supiorē: neqꝫ p lr̄as nonduꝫ iudici p̄ntatas.

sicut nō pōt declinari iudiciū ei⁹ per ap. frustratoriaꝫ. sic nec p missionē nūcij: qr p missionē nūcij nō ītelligit̄ ꝓuocasse facto vel ꝟbo: cum cā nōduꝫ eēt mota: nec cōminata: nec ad iudicē aliq̄ modo insinuata. Vñ licitū est

rit ab eodem: priusq̄ delegato [a] fuerint assignate [b]. Cū autē ex rationabili [c] causa putauerit appellāduꝫ coram eodē iudice causa ꝓbabili appellationis exposita: tali videlicet que si foret ꝓbata deberet legitima reputari supior de appellatione cognoscat. Et si minus rationabiliter [d] euꝫ appellasse cōstiterit illuꝫ ad inferiorē remittat: ⁊ in expensis [e] alteri parti cōdēnet. † Alioqui [f] ipse ꝓcedet. ❡ Saluis cōsti

adūsario ad iudiciū ꝓuocare ⁊ ius suū ꝓseq corā ordinario: ⁊ ita p̄uenire adūsariū: nec ꝓdest illi lr̄as allegare si nōdū sint iudici p̄ntate. ⁊ ita quasi p̄uēt⁹ opꝫ euꝫ corā ordinario r̄ndere: qr iudices illi⁹ nō prius dicunt̄ iurisdictioneꝫ recepisse cum effectu: nisi cuꝫ eis lr̄e p̄ntent̄. s. eo. sup eo. ij. in fi. sic cū qs citat̄ si postea pēdēte citatione mutauerit domiciliū quasi p̄uēt⁹ oportebit eū r̄ndere. s. de fo. cōpe. c. pe. sic ⁊ iste qui iaꝫ hēbat lr̄as in archa sua p̄uēt⁹ est. Preterea: si p scd̄m rescriptū nō tollat̄ iurisdictio delegata: nisi de ea fiat mētio. Multo forti⁹ vr̄ q̄ nō tollat̄ ordinaria: nisi de ipsa fiat mētio: facilius. n. tollit̄ extraordinaria q̄ꝫ ordinaria. iij. q. iij. §. ei aūt. sup h̄ dicas q̄ si iurisdictio ordinaria iā cepta est p solā citationē ām̄odo nō pōt tolli q̄tū ad cām illā p lr̄as pape: nisi de h̄ fiat mētio in rescripto sicut in delegata. Sed si ordinaria iurisdictio non est cepta p citationē p̄uenit̄ bene per rescriptū: put quotidie fit. nec est necesse fieri mētioneꝫ in rescripto de ordinaria. ⁊ h̄ ideo vt dicit Joā. qa ordinaria iurisdictio gn̄alis est. vñ tollit̄ per spāleꝫ quātū ad illam spēm que delegat̄. s. de rescrip. pastoralis. ar. j. e. ti. c. j. ⁊ eoipso q̄ papa sciēter cōmittit cām eā trāsfert a potestate ordinarij. s. de offi. dele. pastoralis. §. p̄terea. Et tu dicas aliā rōnē meliorē. cū enī dn̄s papa sit iudex ordinarius oīum hoīuꝫ. vt. ix. q. iij. cūcta. pōt q̄libꝫ ipm̄ adire p simplicē querelā re integra. etiā ipse pōt cognoscere vel delegare: nec est necesse q̄ faciat mētioneꝫ de iurisdictōe minoris. ⁊ p ap. itur ad ipm̄ sicut in legato ꝯtigit de quo min⁹ vi. s. de offi. dele. c. j. Iteꝫ ⁊ hic. corrigit̄ istud. s. de rescrip. plerūqꝫ. vt statim qs possit aliū p̄uenire hn̄tem priores lr̄as que nō sunt iudici p̄ntate. de h̄ tn̄ dixi. s. de rescri. c. j. ⁊ ita pꝫ q̄ ille q p̄mo suas lr̄as exhibet iudici/ siue p̄uenit aliū in citatiōe faciēda p ordinariū/ vel p delegatum ille obtinebit. ad hoc facit. s. de rescrip. capl̄m sancte crucis. ⁊ ita non refert que sint prime vel scd̄e re integra existēte. ⁊ sic intelligit̄ ꝯstitutio ista. re nō integra existēte locū hn̄t alia iura. in q̄bus cauet̄ q̄ nō valꝫ scd̄m rescriptū nisi faciat mentionem de primo. Ber.

Papa est ordinari⁹ oīum.

❡ Glossa sequens querit ⁊ soluit.

a ❡ Delegato fuerint. Et ita vi̅ q̄ si p̄me lr̄e delegato sint assignate nō pōt p̄ueniri ab ordinario vel delegato p scd̄as: nisi fiat mētio de p̄mis. sꝫ qd si nō ꝓcedant p̄mi iudices nunqd valebunt scd̄e vel q̄ꝫdiu debēt expectare scd̄i si nō p̄nt primi ꝓcedere īpediti iusta de cā. Pōt dici q̄ in hoc casu locū habeat decre. illa plerūqꝫ. s. de rescript. vt si nō ꝓcedāt primi iusta cā cessante valeāt secūde. sed si nō curāt ꝓcedere. tūc moneant̄ p ordinariuꝫ/ vel per scd̄m delegatū vt ꝓcedant īfra terminū cōpetēteꝫ: qa vnus iudex pp negligētiā amittit iurisdictioneꝫ. et alter postea ꝓcedit in cā. s. de offi. ordi. significauit. ⁊. s. de offi. dele. prudētiā in fi. ⁊. s. de fo. cōpe. lꝫ. ⁊. c. ex tenore. ne de dolo ⁊ malitia ps altera cōmoduꝫ cōsequat̄. qa dignū est: vt pp negligētiā/ siue dolū p̄dāt iurisdictionē.

Ista notula ītelligit̄ cum prime lr̄e sunt iudici rep̄ntate nulla citatiōe facta p eas. sed nō est curandū de hīs q̄ in illa dicunt̄. qa lr̄a ista priusq̄ ⁊c̄. dꝫ ītelligi ꝓut dī in sequēti notula q̄ incipit. Sꝫ nunqd. ⁊ in fi. illius notule. et si ꝓpterea. qa nō dī p̄uenta iurisdictio per solā p̄ntationem. lꝫ litera ista h̄ innuat.

❡ Glo. seq. q̄rit. arguit pro/ soluit ꝯtrū.

b ❡ Assignate. Sꝫ nunqd sola p̄ntatio lr̄aꝝ/ siue assignatio sufficit: vt nō possit preueniri ab ordinario/ siue alio delegato. Ex hac lr̄a vr̄ q̄ sic. Sed ꝯtra potius vr̄ q̄ sola p̄ntatio/ siue assignatio nō sufficiat: qm̄ video q̄ si duo sint ordinarij possuꝫ aduersariū meū p̄uenire corā altero quē voluero eligere: nō obstāte si adūsarius dicat q̄ volebat ⁊ delibauerat me ꝯuenire corā alio cuꝫ quo tractauerat: nisi ipsius citatio p̄uenisset. Et idē credo in legatis/ siue delegatis/ siue in delegato ⁊ ordinario re ītegra. Rem ītelligo ītegrā ante citationē per quā iurisdictio ꝑpetuata est: ⁊ non per p̄ntationē. s. de offi. dele. gratū. vnde qd̄ dicit p̄us ⁊c̄. Supplēdū est marie: qr idē est post p̄ntationē ⁊ ante citationē: nisi aliud viderē: ⁊ h̄ dī in fi. illi⁹ no. Et si ꝓpea per solā p̄ntationē vel aditionē ordinarij: nulla ēt facta citatione non est p̄uent⁹ adūsarius. sꝫ per citationē p̄uēius est. s. de fo. cōpe. c. vlti. ⁊ per solā citationē iurisdictio ꝑpetuat̄: ⁊ non per solā p̄ntationeꝫ. si alibi inueneris: vbi dicatur q̄ sola p̄ntatio sufficiat: reducas illa ad id qd̄ hic dī. Ber.

† ❡ Con. l. tutores. §. tutor. et ibi bar. ff. de admi. tuto.

P̄ntatio lr̄aꝝ iurisdictiōeꝫ nō ꝑpetuat.

c ❡ Ex rōnabili. Colligit̄ euidenter ex hac lr̄a: q̄ semp cā appellōnis talis: que si eēt ꝓbata legitima eēt: ꝓponēda est corā iudice a quo appellat̄. ⁊. j. eū cām. in fi. vbi dī de hoc. Sꝫ pōt queri que cā dicat̄ ꝓbabilis. vtrū illa que vr̄ iudici vel aliq̄s. Vr̄ q̄ hoc nō sit referendū ad opīonē iudicis. j. de sentē. excōmuni. sacro. sicut nec ad opinionē iudicis refert̄ qd dicat̄ manifestū. sꝫ ad ip̄am rei ꝟitatē. j. de ꝓ. sig. cū olim. ad id facit. iij. q. vij. iudicet. insabit. n. iudex in hoc s̄m q̄ sibi vr̄. Habita tn̄ collatione sapiētuꝫ si nō est cert⁹. ar. ff. de arbi. qualem. ⁊ iudex estimabit ex opīone animi sui ea que ꝓponunt̄. ar. iij. q. iij. §. iteꝫ sepe fit. Si ꝟo iudex dubius remanet: qr iudex nō pōt certificari: an sit ꝓbabilis vel nō: in tali dubio deferat appellationi. j. de sen. excō. sacro. ad fi. q̄cūqꝫ enīꝫ appellat a grauamine/ siue in iudicio/ siue ex̄: cām rōnabilē dꝫ allegare in scriptis s̄m tenorem ꝯstōnis Inno. iiij. j. eo. cordi. lib. vj. al's reputabit̄ nō appellās. vt ibi dī. Bersi.

Querit ⁊ soluit.

Appellās cuꝫ nō debeat appellare sine ꝓbabili cā quaꝫ cām dicemus ꝓbabilem.

❡ Glo. sequens. obq̄cit ⁊ soluit.

d ❡ Rōnabilr̄. Quia cām quam ꝓposuit in appellādo nō fuit probabilis: vt ex euētu cause apparet. Quid autē debeat ꝓbare appellās in cā appellōnis dī. j. eo. īterposita. vbi de hoc. Sed quar̄ remittit̄ ad illū a quo appellauit cū habeat eū suspectū. s. eo. ad hec. sꝫ nō pōt dicere illū suspectū cuꝫ ex ꝓpria culpa ꝓcesserit illa suspitio: sicut ille qui nō ꝓseq̄t̄ ap. s. eo. ꝑsonas. ⁊. c. cum sit romana.

e ❡ In expēsis. Hoc gn̄alr̄ obtinet: q̄ qui deficit in appellatiōe punit̄ in expēsis. s. de testi. sign̄auerūt. de expēsis istis plene dī. s. de do. ⁊ ꝯtu. finē. ⁊. s. de rescrip. c. vlti.

❡ Glo. ista tractat quod sit officium iudicis appellationis. Distinguit inter appellationem ab interlocutoria. vel a grauamine. ⁊ a diffinitiua.

f ❡ Alioqui. Hic pꝫ q̄ si iudex appellōnis ꝓnūciat appellationē tenere: q̄ per hoc nō expirat eius officiuꝫ. Sꝫ incipiet postea cognoscere de cā principali. C. de reb. credito. gn̄aliter. §. finaūt. ⁊ in auc̄. de sanc. epis. §. sigs ꝯtra aliquē. in prima col. colla. ix. Dicas q̄ hoc locū habet qn̄

appellat a grauamine ante sniaz: q tūc iudex dat quasi sub ↄditione quo ad principalez cām. Vñ pmo cognoscit de grauamine. ⁊ si inueniat legitimā appellonē: tūc pnūciat legitime appellatū fuisse. ⁊ postea pcedit sup principali. si male appellauerit pnūciabit male appellatū. ⁊ remittit ptes ad priores iudices in expēsis appellātez cōdēnādo: vt hic dī. ⁊ sb hac forma semp rescribit qñ appellat a grauamine. Si vo appellat a sñia diffinitiua: tunc iudex dz cogscere de meritis cause et videre/ an bene vel male sit iudicatuz. ⁊ si bñ sit iudicatuz/ ↄfirmabit sniaz/ vel cassabit: si male iudicatuz fuit: vt. ij. q. vj. in fi. ⁊ C. de ap. in qbus dī: q iudex tm pnūciare dz sniam iustam vel iniustaz. Si vo plura capla sint in snia siue plures articuli: iudex pro parte potest cōfirmare: ⁊ pro parte cassare ⁊ reformare sentētiam sm q iustum fuerit. j. de testa. c. Raynutius. ⁊ c. Raynaldus.

tutionibus de maioribus causis [a] ad sedē aplicā referēdis.

Idem in eodem.

Si iudex a quo est appellatū a grauamine: illud reuocat: potest in pncipali cā pcedere.

Cum cessante cā Cap. lx. cesset effect⁹. Statuimus: vt siue iudex ordinarius: siue delegatus aliqd cōminando [b] vel interloquendo ptulerit: quo executioni mādato: alter litigātiuz grauaret: ⁊ sano vsus cōsilio ab huiusmodi interlocutionis/ vel cōminationis effectu destiterit: libere in cause cognitione procedat: nō obstante si a tali cōminatione vel iterlocutione fuerit appellatū: † dūmodo non sit ex alia causa legitima suspectus. Ne processus negocij friuolis occasionibus retardetur.

Idem in eodem.

Volens iudicē recusare dz corāz eodē suspitionis cām pbabilē pponere: ⁊ eaz corā arbitris cōiter eligendis pbare: qua non pbata sua iurisditione iudex vtit in principali: ea vo pbata remittit negocium ad supiorez: vel cām cōmittit de recusatoris ↄsensu. Cap. lxj.

Cum speciali sit prohibitione [c] puisum: ne qs in aliquē excōmunicationis sen-

a Causis. Ille enim semper sunt referēde ad sedem aplicam. j. de bapt. maiores. Que dicātur maiores cause. no. s. de offi. lega. q translationem.

Cum cessante. CASUS. Si iudex delegat⁹: aut etiā ordinarius aliqd cōminādo: vel etiaz interloquēdo ptulerit: quo alter litigātiū grauaret: quo executioni mādato. si a tali cōminatiōe vel iterlocutione fuerit appellatū: ⁊ iudex sano vsus cōsilio illud reuocauerit libere in cā pcedat nō obstāte appellatione: dūmodo nō sit ex alia legitima cā suspectus: ne friuolis occasionib⁹ negociū retardet: q cessante cā cessare dz effectus.

Cum cessante. Diuiditur. Nam principiuz ⁊ finis ponunt duplicem cōstitutionis causam. Medium ponit constitutionem. ibi [Statuimus.] Abbas.

Glo. seq. arg. qd reprobat. Scdo obijcit. ⁊ soluit. Tertio querit. ⁊ ad negatiuā allegat duo iura. Ad ↄtrariū. l. q iussit. soluit. ⁊ cautelaz docet. Quarto in fi. arguit. alle. vnam. l. allegās in ↄtrarium duo iura. ⁊ soluit.

b Cōminādo. Vr q si iudex cōminatoria vba pferat pti: q ex h possit appellari: nisi de hoc satisfaciat iudex. Qd tñ nō est verū: q ex officio suo cōminari dz. ff. de iudi. in pemptorio. ⁊. s. de resti. in integ. tum ex lris. in fi. nec etiā dz statim qs moueri pp̄ter asperitatē vboꝝ. s. de rescrip. si qñ. Sz qualr iudex pōt mutare ↄsiliū suū in alterius iniuriā ↄtra regulā istā. ff. de reg. iur. nemo. Sed certe eodē modo quo appellās pōt mutare ↄsilium: vt. ij. q. vj. si qs libellos. sic ⁊ iudex. Et itellige si appellās adhuc nō fecit sumpt⁹ ad psequēdā appellationē. ff. de cōdi. ob cau. da. si pecuniā. in prin. sed si sumpt⁹ vellet reficere pōt adhuc reuocare grauamē: q iam nō iterest illi⁹. j. eo. interposita. §. ij. Sz nunqd iudex post decē dies pōt mutare suā iterlocutoriā. Vr q nō: q postea trāsit in rem iudicatā: sicut etiā in diffinitiua. s. de elec. cū dilecti. ⁊. s. de testi. significauerūt. ad fi. Ar. ↄtra. ff. de re iudi. q iussit. Pōt dici: q lz transeat in rem iudi. quo ad h vt post decē dies nō possit appellari: nō tñ quo ad iudicez qn possit reuocare suam interlocutoriā: quia ⁊ appellās post decē dies possit renūciare appellationi. q ipso facto renūciat quis eo q nō prosequit ipsam. s. eo. personas. Aduertat tamē qualiter corrigat suā sentētiam siue errorē: quia si ita dicat. Ego reuoco sentētiaz meā/ siue corrigo errorez meū: sic fatet se errasse: ⁊ sic ille habuit pbabilez causam appellandi. Et sic videtur q iurisditio ab illo trāslata sit: ⁊ sic canon non possit reddere sibi iurisditionē cuz fateatur causam a se translataz. Curialius ergo dicat nō credo te grauasse: sed si grauaui te in aliquo illud reuoco. arg. colligitur ex hac decre. q iterlocutoria non transeat in rem iudicatam. Sed veruz est q non transit: vt dictum est: quin iudex bene possit illam reuocare re integra. Sed quantuz ad illum cōtra quem lata est sentētia si nō appellet infra decem dies bene trāsit ⁊ sibi imputet q nō appellauit: q sentētie acquieuisse videtur. Arg. s. ti. proxi. q ad cōsultationē. Joā. Itē hic est arg. q actio semel extincta nō reuiuiscit. arg. ff. de bono. posses. sm tabu. l. penul. §. qui testamēto. Et est cōtra illud. de ↄse. dist. iiij. si queris. ⁊. ff. de sol. qui res. §. aream. sed hoc est bñficio huius ↄstitutionis. ⁊ quia iudicis est corrigere qd minus legitime fecerit. j. de accu. qualiter ⁊ quando. Alia iura plura hoc dicunt.

Cum speciali. CASUS. Per illam cōstitutionez sacro approbāte cōcilio. j. de sentē. excōmuni. prouisum fuit: ne prelati aliquē excōmunicarēt: nisi cōpetenti monitione premissa per quaz cōstitutionē prouidit consiliū subditis. Per istā vult prouidere platis: ne subdit⁹ cōmonitus frustratorie recusationis vel appellationis obtētu declinare possit monētis examen. Statuit/ vt si allegauerit iudicē habere suspectū corā illo causam iuste recusationis assignet: ⁊ ipe cum aduersario: vel si aduersariuz nō habeat cum iudice arbitros cōmuniter eligat: aut si non poterūt cōcordare vterq suum arbitrum eligat: qui de suspitione cognoscāt: ⁊ si cōcordare nequiuerint aduocent tertiū: vt qd duo decernūt obtineat firmitatez ⁊ auctoritatē huius decreti sciāt se ad hoc teneri in vtute obediētie sub obtestatiōe diuini iudicij. Causa vo suspitionis infra terminū a iudice prefigēduz nō probata. iudex in cā procedat: sed si cā suspitionis probet iudex recusatus negociū cōmittat psone idonee de assensu recusatoris: ne illum valeat postea recusare: vel si magis viderit expedire ad supiorem negociū remittat.

Cum spāle sit. Prouidet cōsiliuz cōtra frustratorias appellationes ⁊ recusationes in vtrisq tradens formā qualiter iuste fiant: ⁊ quō in eis procedēdū sit. Et est casus multuz allegabilis ⁊ qtidianus. Et pōt specialius hoc prin. sic sūmari: vt in rubro. Primo recitat antiquaz ↄstitutionē. Secūdo promulgat nouā. ibi [Statuimus.] Primo ponitur vna ↄstitutio. Secūdo alia. ibi [Pono.] Tertio protestat. ibi [Ceterum.] Abbas.

c Prohibitione. Quā habes. j. de sen. excō. sacro.

Nota pn. c. cum cessāte. qd qtidie allegatur q grauamen ē cā imediata appellatōis: vt in c. vt debitus. s. eo. cessante g grauamine p renūciatōez dz tpi⁹ effcū s. appellatio cessare Abbas.

Iudex/ an mutare possit sententiam.

Interlocutoria an post decē diū mutari possit.

† Con. l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pa. ⁊. l. qd dictum. ff. de pac.

No. ex h ca. q cā suspitiōis probat corā arbitri h limita sz ea que hntur i. c. si ↄ vnuz. d of. dele. li. vj. Ab.

tentiā nisi cōpetenti [a] cōmonitione p̄missa p̄mulgare p̄sumat: volētes ēt p̄uideri ne forte cōmonitus frustratorie recusationis vel appell'onis obtētu monentis possit declinare examē. ¶ Statuimus vt si allegauerit se iudicē h̄re suspectū corā [b] eodē cām iuste suspitiōis [c] assignet: ⁊ ipse cū aduersario vel si forte aduersariū nō hēat cuʒ iudice [d] arbitros cōiter eligat; aut si cōiter ɔuenire nō possint absq3 malitia: ipse vnū ⁊ ille aliū eligat: q de suspitionis cā cognoscāt: ⁊ si nequerint in vnā ɔcordare sniam: aduocēt tertiū [e]: vt qd̄ duo ex ipsis decreuerint robur obtineat firmitatꝫ: sciātq3 se ad id fidel'r exequēdū ex iniūcto a nobis in v̄tute obediētie sub obtestatiōe diuini iudicij districto [f] p̄cepto teneri. Cā v̄o suspitiōis ltima corā ip̄is īfra cōpetētē terminū [g] nō p̄bata: sua iurisditiōe iudex vtaꝛ. At ipsa p̄bata l̄rie de recusatoris [h] assensu p̄sone idonee cōmittat negociū recusatus: vel ad superiorē trāsmittat vt i eo ip̄o p̄cedat ƀʒ q̄ fuerit p̄cedēdū.

¶ In notorijs non admittitꝛ appellatio: in dubijs cā p̄babilis corā iudice est exprimēda que debeat legitima reputari: quā si non p̄sequitur iudex a quo in causa procedat. Idez si p̄sequitꝛ ⁊ nō probat. Hec aūt constitutio non extenditur ad regulares. h. d.

¶ Porro cōmonito ad app. obstaculū cōuolāte: si eius ex

a ¶ Cōpetenti. Trina. s. vt. xj. q. iij. oēs decime. xvj. q. iiij. de presbyterorum. ⁊ xxiiij. q. iij. de illicita.
b ¶ Coram eodem. s̄. eo. secundo.
c ¶ Iuste suspēiōis. Quid si dubiteꝛ an sit iusta qꝛ nō est in iure expressa ⁊ al's dubitareꝛ. R̄ideo arbitri electi de hoc cognoscāt primo an sit iusta: quia oīa que ad hunc articulū ptinent ad arbitros ptinent. s̄. de offi. dele. c. suspitionis.
d ¶ Cū iudice. Hoc intellige qn̄ iudex ordinarius procedit ex officio suo cōtra aliquē ad famā vel clamorē. j. de accu. qualiter ⁊ qn̄. ⁊ sic loquitur ista ɔstō in ordinario vt h̄n declarāt sequētia aliter intelligi nō pōt. ⁊ ita tam in ordinario iudicio q̄3 extraordinario. s. inquirendo potest iudex recusari.
¶ Glo. seq. ponit casum quo nō venit expressum qd̄ venit tacitum. finis reci. per contrarium.
e ¶ Tertium. Sub hac forma nō posset cōpromitti in duos. vt si dissentiāt tertiū eligant. s̄. de arbi. inotuit. ⁊ ff. de arbi. itē si vnus. §. si in duos. sed si in duos simpl'r cōpromittatꝛ si dissentiunt. pretor eos cogere dʒ vt concordent vel tertium assumant. ff. de arbi. item si vnus. §. principal'r. ⁊ s̄. de offi. dele. suspitionis. §. j. Itē arg. q̄ arbiter q̄3tum ad hunc casum posset egredi fines iniunctos. qd̄ verum est auctoritate huius constitutionis. al's non potest. s̄. de arbi. cū dilectus. ff. de arbi. non distinguemus. §. vlti. Ber.
f ¶ Districto p̄cepto. Et sic vī q̄ idē faciat p̄ceptū canonis quod facit preceptum iudicis vt beneficio huius canonis teneanꝛ concordare vel alium eligere: sed quia canon iste penam istam non imponit iudex recusatus cōpellat illos ⁊ penam eis imponat si nō concordant. s̄. de offi. dele. suspitionis. in fi. Que sit potestas istorum arbitrorum: dicitur. s̄. de offi. dele. c. suspitionis. in fi.
¶ Glo. sequens reci. per questio.
g ¶ Terminū. Ab ipso iudice p̄figendū infra quē arbitri suspitiōis negociū terminare p̄curēt. j. e. ti. legitima. in cōcil. lugdu. que corrigit illā suspitionis: in hoc tm̃. et merito iudex recusatus arbitris iterū terminum p̄figere dʒ infra quem cām suspitionis determinēt sicut iudex a quo appellatꝛ pōt ⁊ dʒ p̄figere terminum appellāti infra quē cām appell'onis p̄sequatur. alioq in cā p̄cedet: vt in §. se. ⁊. s̄. e. sepe. ⁊ eadē ratio est in vtroq3 casu. s. ne pretextu friuole appellationis vel recusatiōis negocium prorogetur. ideo decre. illa suspitionis. corrigitur quantum ad hunc articulum. Ber.
¶ Glo. seq. primo no. ⁊ ad id signat contrariuʒ/ ⁊ soluit. scd̄o ponit duas lec. ⁊ ad scd̄am opi. ponit/ ⁊ soluit.
h ¶ De recusatoris assensu. No. ergo q̄ hec ɔstō loquitur in ordinario qd̄ ex eo p̄batꝛ q̄ iudex recusatus cōmittit aliq̄ negociū illud: qd̄ non pōt facere delegatus inuito recusatore. s̄. eo. scd̄o. imo statim suspēsa est potestas ipsius vt ibi dictum est que loquitur in delegato tm̃ sic. s̄. de fo. cōpe. siquis contra clericum. ⁊. xj. q. j. peruenit. ⁊ s̄. e. ad hec. ⁊. j. vbi ordinarius recusatus cōmittit aliq̄ causam probata primo suspitione ƀm tenorem huius constitutionis. sed cōtra. s̄. de fo. cōpe. lʒ. vbi ordinarius recusatus non committit negocium: imo ibi recurritꝛ ad alium iudicem sed illa loquitur ƀm cōsuetudinem loci cū vacat imperiuʒ nec cōtinet ius commune. ⁊ sic pʒ ex hac cōstitutione q̄ ordinarius pōt recusari. et causa suspitionis probanda est corā arbitris ⁊ ƀm determinationem istius intelligere iura predicta que loquunꝛ de recusatione ordinarij. No. q̄ hec clausula de recusatoris assensu ƀʒ Io. an. si determinet totalem disiunctam cōmittat negocium vel ad superiorem remittat in optione recusatoris est an velit negociū cōmitti: an ad superiorem referri. ⁊ dicit Io. q̄ itellectus iste probabilis est. si determinat primam partem tm̃. tunc litera vult q̄ ƀm voluntatem recusatoris eligenda sit persona cui cōmittat negocium. dū tamē non sit suspecta. Intellectus iste non videtur probabilis imo improbabilis. iniquum enim esset q̄ actor ad voluntatē ipsius rei ipsum conueniat. Nam pro modica causa quādoq3 traheret eum ad papam vt illum fatigaret laboribus ⁊ expensis. ⁊ sic posset sepe contingere q̄ potius renunciaret liti q̄3 vellet taliter laborare. vel posset eligere talē (lʒ illum recusare non possit) qui causam suaʒ male tractaret. vnde dicas de recusatoris assensu. ⁊ etiaʒ de assensu actoris vt de vtriusq3 partis assensu cōmittat negocium recusatus. quod probatur. s̄. de fo. cōpe. siquis cōtra. ⁊ s̄. eo. ad hec. ⁊. j. vbi dicitur. te insistente iudicem eligant ipse partes. partes enim cōmuni cōsensu iudices eligere debēt cuʒ ordinarius recusatur. xj. q. j. peruenit. si partes non concordauerint tunc iudex cōmittat alicui persone neutri parti suspecte. ⁊ q̄ dicit de recusatoris assensu precipue intellige q̄ requirendus est assensus recusatoris. ne iterū recuset illum ex quo consentit in illum. s̄. de offi. dele. insinuāte. ⁊ c. super questionū. §. nos. ⁊. §. verum. ⁊. iij. qō. iij. offeratur. ⁊ similiter cōsensus actoris requirendus est ne ipsum postea recuset: qꝛ lʒ sit actor posset eū recusare. vt. s̄. de fo. cōpe. siqs cōtra. nunq̄3 fuit intentio dn̄i pape q̄ ptās cōmittendi resideret penes recusatorē ⁊ in potestate iudicis est remittere negociū ad superiorem vel cōmittere de assensu recusatoris ⁊ etiā actoris sicut dictum est. ⁊ hec determinatio de assensu recusatoris determinat tm̃ hoc verbum cōmittat.

¶ Porro. Si v̄o subditus cōmonitus a p̄lato appellauerit si eius excessus euidentia rei vel ipsius cōfessione vel alio modo legitimo fuerit manifestus appell'oni nō deferaꝛ cū appellationis remediū nō fuerit institutū ad defensionē iniquitatis: sed ad p̄sidiū inocentie. si v̄o du-

Iudex ordinarius pōt recusari.

Iudex recusatus negociū non cōmittat: nisi vtraq3 pars consentiat.

Iudex recusat' an aliq̄ possit negocium cōmitteꝛ.

bius sit excessus appellās cām ꝓbabilē appellatiōis corā iudice proponat talē que si eēt ꝓbata legitima foret: ⁊ tūc si appellās habuerit aduersariū infra triēniū a iudice moderandū ſm locoꝝ distantiā ⁊ tp̄is qualitatē appellationis cām ꝓsequat̄ quā si non fuerit ꝓsecutus extunc nō obstante appellatione iudex in cā ꝓcedat. si ꝓo nullū habuerit aduersariū: cū iudex ex officio suo ad famā vel clamorē ꝓcesserit superiori appell'onis cā ꝓbata suū officium exequat̄: sꝫ si in ꝓbatione appell'onis defecerit ad eū a quo appellauit remittat̄. Hanc ꝯstōnem ⁊ illā sacro approbante nō vult ꝯciliū ad regulares extendi contra suas obseruātias speciales. ℭ Nota constitutionē istā intelligēdā in ordinario. Itē ordinarius pōt recusari iusta cā assignata. Itē cā suspitionis ꝓbata causā cōmittit q̄d non pōt delegatus. Itē cām cōmittere dꝫ de assensu recusatoris. Itē si excessus notorius est nō admittit̄ appell'o. Itē q appellat iustā cām dꝫ allegare. Itē iudex pōt terminum appellationis moderari. Item qui non ꝓbat cām appellationis remitti debet ad eū a quo appellauit. Item regulares nō appellāt contra suas obseruantias.

cessus euidētia rei vel ipsius cōfessione [a] aut alio modo legitimo fuerit manifestus: cū appellationis remediū nō sit ad defensionē iniq̄tatis sꝫ ad p̄sidiū inocētie institutū: non est ꝓuocationi hm̄oi deferēdū. ℭ Excessu quoq̄ dubio existente: ne friuole appellationis diffugio: appellās iudicis ꝓcessum ipediat: corā eodē ꝓbabilē cām appellatiōis exponat: talē videlꝫ que si foret ꝓbata: deberet legitima reputari: ⁊ tūc si habuerit aduersariū: infra terminū [b] ſm locoꝝ distātiā: ⁊ tp̄is qualitatē: ⁊ naturā negocij ab eodē iudice moderādū appellationis cām ꝓsequat̄: quā si ꝓse qui nō curauerit: extunc ipse iudex appel. nō obstāte ꝓcedat [c]: nullo aūt aduersario cōparēte: tunc iudex ex suo officio ꝓcedit. Ap. cā corā superiore [d] ꝓbata: superior sue iurisdictiōis officiū exequat̄. Sed si appellās in eius ꝓbatione defecerit [e] ad eū a quo ipm maliciose appellasse cōstiterit remittatur. ℭ Ceterum has [f] duas ꝯstitutiones premissas nolumus ad regulares [g] extēdi ꝯ suas spāles obseruātias.

Hono. iij. decano/ cancella. ⁊ cantori Linconien.

ℭ Si iudex cōfessionem aduocati eadē die reuocatā pro litis contestatione velit habere: vel ꝓcessum a subdelegato subdelegati factum retificat licite appellat̄. Cap. lxij.

Cum cām que inter abbatē ⁊ fratres de valle scti Joannis ex parte vna: ⁊ priorē ⁊ canonicos de nouo loco ex altera: sup ecclesia de Holiserh vertit̄. R. scti Angeli diacono cardinali commisimus audiendā: ⁊ infra. ℭ Procurator predictorum prioris ⁊ canonicoꝝ ꝓposuit

presumit̄ ꝑ snīa iudicis ex quo apparet de actis. sed pro ꝓcessu nō presumit̄ si dubitaret̄ de ipso nisi quatenus cōstiterit. vt i. cōstitutione illa quoniam contra.

f ℭ Has ꝯstōnes. s. p̄ntē ⁊ illā. j. de sen. excō. c. sacro. B.

g ℭ Regulares. s. e. reprehensibilis. ⁊. s. e. c. ij.

Cum causam. ℭ CASUS. Inter abbatē ⁊ conuentum de valle scti Joānis ex parte vna priore ⁊ conuentu de nouo loco ex altera sup quadam ecclesia q̄ vertebat̄ que cōmissa fuit iudicibus delegatis: iudices vices suas q̄busdā iudicibus cōmiserunt sed nō taliter. corā istis subdelegatis pe tijt ꝓcurator canonicoꝝ inducias ad proponēdas exceptiōes dilatorias: dū ista ꝓponeret̄ aduocatus ipsius ductus errore interrogatus r̄ndit q ecclesia de nouo loco ecclesiam de qua q̄ erat. xl. annis possederat pacifice ⁊ amplius: sed ꝓcurator cōfessionē aduocati reuocauit eadē die: cū ipsius ꝯfessio sue petitiōi ꝯria videbat̄ ne per illā ꝯfessionē sibi posset p̄iudicium generari ꝑ eo q exceptiōes dilatorie ante litē ꝯtesta. sunt ꝓponende. iudices delegati credētes per hāc ꝯfessionē litē ꝯtesta. fuisse testes quosdā partis alteri⁹ receperūt: q̄bus receptis examinationē quorūdā testiū cōmiserūt q receperūt quosdā testes monachoꝝ. Judices delegati talē receptionē nō approbauerūt cum de iure nō valeret pp que grauamina ꝓcurator canonicorū se. ap. appellauit. cā delata: fuit partibus datus auditor corā quo ꝓcurator canonicoꝝ p̄dicta oīa ꝓposuit petēs ꝓcessum p̄dictoꝝ iudicū irritū nūciari: pars altera instāter petebat ꝓcessum p̄dictoꝝ iudicum approbari: ⁊ cām ipsam que multo tp̄e durauerat terminari: papa his ⁊ aliꝫ intellectis q̄ sibi nō ꝯstitit de p̄dictis. Mādat q̄busdā quatenus si dicti prior ⁊ canonici ꝓbauerint q ꝑ ꝓcuratorē ipsoꝝ aduocati r̄nsio eadē die extitit reuocata: q̄ sic per ꝯns apparet q lis ꝯtestata nō fuit. vel si cōstiterit q iudices delegati approbauerit testes receptos a subdelegatis subdelegatorum suoꝝ cum delegatus ab alio q̄ a principe cām aliꝫ delegare non possit: q̄cq̄d factū est post appel. predictā denunciet irritū ⁊ inane dūmodo hec in appellationis cā fuerint expressa. ℭ Nota q ꝯfessio aduocati p̄iudicat parti sue nisi eodē die reuocet̄. Itē per indirectā r̄nsionē videt̄ lis ꝯte. Itē subdelegatus aliꝫ cām subdelegare non pōt sed solus delegatus a p̄ncipe pōt cām aliꝫ subdelegare. Itē ꝓcessus habitus lit. nō ꝯte. nullus est. Itē cāe ꝑ quas appellat̄ sunt exprimēde in ipsa appell'one ⁊ ꝓpter illas appellandum est.

Diuisio. ℭ Porro. Prio dicit q̄d in notorijs. scdo q̄d in dubijs. ibi [Excessu.] Tertio ꝓtestat̄. in fi. ibi [Ceterū.] Abba.

Appellatio an ipediat̄ p confessionē.

a ℭ Cōfessione. Ita pꝫ q nō admittit̄ appellatio ꝯtra cōfessionē. vel si excessus sit manifestus euidētia rei vel alio legitimo mō: puta ꝑ snīam: Istis tribus modis factū dī notoriū. j. de coha. cle. ⁊ mu. c. vlt. Cōfessus nō audit̄ appellās. ij. q. vj. q̄cūq̄. Cōuenit tñ dici q sola ꝯfessio nō ipedit in crīali q̄n possit appellari. ij. q. vj. §. sunt quoꝝ. in ciuili tñ si vellet ꝓbare errorē audit̄. ff. de ꝯfes. cū fidei cōmissū. s. de cōfes. c. vlti. sed hic nō admittit̄ q̄ a correctione nō appellatur: ⁊ extra ordinē agitur hic.

b ℭ Infra terminū. No. q triplex est terminus: vt no. s. eo. personas. ⁊ ibi illud videas.

c ℭ Procedat. Ad petitionē aduersarij vt differat a sequenti quando iudex ex officio suo procedit.

d ℭ Corā superiore. Sed qualr̄ ꝓcedet superior q̄si ep̄s ꝓcedit ex offō. n̄ q̄d vocabit̄ ep̄s. Credo q sit vocādus vt defendat ꝓcessū suū si voluerit sicut vocaret̄ aduersari⁹ i alio casu cū est ibi actor ⁊ reus nec tūc necesse est iudicē ee p̄ntē q tulit snīaꝫ q̄ ius ei⁹ nō ledit̄. ar. ij. q. vj. hoc ēt.

ℭ Glo. sequens signat contrarium/ ⁊ soluit.

Nota. e ℭ Defecerit. Et sic videt̄ q appellās teneat̄ ꝓbare se iuste appellasse. q̄d est verū si appellatio recipit̄ al's non j. eo. interposita. ⁊ sic presumit̄ ꝑ snīa iudicis. s. de renū. in presentia. Arg. cōtra. s. de ꝓba. q̄m contra. Sed dic q

ℭ Cum cām. ℭ In prima ponit narratio appellantis. In scda iudicū datio. ibi [Mandamus.] Abb. sicu.

ℭ No. q confessio

aduocati preiudicat clientulo: nisi illã tã q̃ erroneã reuocet. Abbas.

a ℭ Ad ꝓponẽdum. Q8 iudex ex officio suo ẽt facere dʒ. š. ti. pri. iter monasteriũ. z. š. de. excep. pastoralis.
b ℭ Pacifice possederat. Propter qꝺ petitio aduerse partis fieri non debebat. z sic fuit lis contestata.
c ℭ Litẽ cõtesta. Q8 verũ est. vt. iiij. q. vj. §. exceptio. z š. titu. pri. inter monasteriũ. z. C. de excep. figs aduocatus.
d ℭ Judices. Delegati.
e ℭ Testium. Quibus receptis iudices delegati examinatione quorũdaʒ testium cõmiserũt qbusdam q vices suas alijs cõmiserant: z illi quosdã testes receperũt: primi iudices delegati approbauerũt receptionẽ illoꝝ testium cũ de iure talis receptio nõ valeret pp q̃ grauamina extiterit appellatum quos testes approbauerunt primi delegati a papa. z sic iterum aliud grauamẽ intulerunt ꝓpter qꝺ appellatũ fuit ad papam.
f ℭ Eadẽ die. Sed nunqd est istud necessariũ. vt eadeʒ die debeat reuocari vel qñcũqʒ ante sñiam.

† ℭ Con. ter. in. l. ij. cũ glos. fi. C. de erro. aduo.

q cũ corã subdelegatis iudicũ delegatorũ inducias ad ꝓponẽdũ [a] exceptiones dilatorias petijsset: qꝛ aduocatus ipsius ductus errore rñdit q ecclesia de nouo loco ecclĩaʒ de qua erat qõ per. xl. annos z amplius pacifice [b] possederat: lʒ ipse eadem die aduocati errorẽ corrigens ipsius rñsionem que sue petitioni contradicere videbat̃: ne per eã aliqõ sibi posset p̃iudiciũ generaret † pro eo q ante litẽ cõte. [c] sunt exceptiones dilatorie ꝓponẽde corã eisdẽ iudicibus reuocauit. Judices [d] tamen per hmõi rñsioneʒ erroneã aduocati: litem contestatam fore credentes ad receptionẽ testiũ [e] partis alterius processerũt: z ĩfra. ℭ Mandamus quatenus si dicti p̃or

Uĩ q qñcunqʒ ante sñiam. vt. š. de confes. c. vlti. z. C. de iur. z fac. igno. error facti. z. j. de censi. olim. vbi de hoc. vel saltẽ vsqʒ ad triduum. C. de erro. aduo. l. iij. In casu isto videtur q eadẽ die debeat reuocari vel saltem ante q̃ fiat aliquid in cã per quod videatur approbare hmõi cõfessionẽ: puta si ꝓducerentur testes. vel si aliqd aliud fiat quod tm̃ post lit. conte. fieri debet.

Aduocati error q̃diu põt reuocari.

g ℭ Lis cõtest. non fuit. Ergo videtur q si non ꝓbabit q cõfessio eadẽ die fuerit reuocata per ꝯñs lis fuit contestata: z sic per indirectã cõfessionẽ aduocati etiam fit litis cõtestatio. fi. š. de dolo z cõtu. prout. † Argu. cõtra. š. de electio. dudum. ij. z. š. vt lit. nõ contest. c. vno. vbi dĩ q per narrationẽ / z rñsionem fit litis contesta.

† ℭ Con. l. j. et ibi Cyn. C. de cõfes. l. ij. qꝺ obseruari. ff. de iura. calũ.

ℭ Glo. seq. alle. duas cõcor. scꝺo reprobat opi. rñdẽs ad c. quo ꝓbatur. tertio principale dictum determinat.

Procurator an possit alium substituere.

h ℭ Delegatus a principe. C. de iud. a iudice. z. š. de offi. deleg. sup qõnum. §. si ꝓo. Per hoc pʒ q reprobata est opi. illoꝝ q dicũt q subdelegatus post lit. cõte. põt alij vices suas subdelegare ad instar ꝓcuratoris q post lit. cõte. factus est dñs litis. vñ põt postea dare aliũ ꝓcuratorẽ. C. de ꝓcu. nulla. z. l. neqʒ. z sic volũt intelligere illã decre. š. ti. pri. cũ bertholdus. que exp̃sse ꝯtradicit huic sed illa nõ ꝯtinet ius q̃tum ad hoc / nec fuit obiectum. z ita per patientiã tolerat̃. j. de p̃bẽ. cũ iam dudũ. in fi. q ius nõ ꝯtineat pʒ per hoc q hic dicit q non nisi delegatus a principe cãm põt alij delegare nõ distinguẽdo ante li. ꝯte. vel post z ita ibi nõ potuit de iure delegari. Est ergo tenendũ q subdelegatus alij subdelegare non põt: qꝛ sic z illi possent iterũ subdelegare qꝺ esse non dʒ. z est siľe in excõicatiõe que nõ trãsit in tertiã p̃sonã z q dĩ delegatus ab alio q̃ a principe nõ põt alij causaʒ delegare intellige de eo qui est delegatus ab alio ad vnã causam tm̃: nã si esset ei delegata vniuersitas. causarũ hñ posset vnã cãm alij subdelegare. ff. de iudi. cũ p̃tor. alĩs non põt ff. de off. ꝓcõ. z leg. legatus. qꝛ quasi ordinarius videt̃.

ℭ Glo. seq. querit alle. duo ꝓ z ꝯ. z soluit distinguẽdo.

Statuimus: vt Cap. ij. siqs cōtra deū/vel aliquem scōꝝ suorū/ꝛ maxime btām virginē: linguā in blasphemia3 [d] publice relaxare p̄sumpserit: per epm̄ suū pene subdaꝰ inferius annotate: videlꝫ q̄ in septē diebus dn̄icis p̄ foribus ecclie in manifesto: dū agunꝰ missaꝝ solēnia: blasphemus existās: vltimo illoꝝ die dn̄ico pallium/ꝛ calciamēta nō hēat: ligatus corrigia circa collū: septēqꝫ precedētibus sex ferijs in pane ꝛ aqua ieiunet: ecctiam nullatenus ingressurus [e]. Quolibet quoqꝫ p̄dictoꝝ dieꝝ tres si poterit alioq duos reficiat pauperes siue vnū. Et si/nec ad hoc ei⁹ suppetāt facultates; [f] id in penā aliā cōmuteꝰ [g]: cui etiā si renuerit recipere/ac ꝑagere penitentiā supradictā: ecclesie interdicaꝰ ingressus ꝛ in obitu ecclīastica careat sepultura. ℂ Per tempora lē preterea ptātem [h] coactione (si necesse fuerit) epi dioc. adhibita cōtra [i] eu3: blasphemus si diues fuerit quadraginta solidoꝝ: alioqui triginta siue viginti: ꝛ si ad id non sufficiat: quinqꝫ solidorum vsualis monete [k] pena mulctetur: nullam in hoc misericordiam habiturus: q̄d etiā inter alia cōmunitatum statuta ponatur.

ℂ De clerico excōicato: deposito vel iterdicto ministrāte. Ex canone apostolorum.

ℂ Clericus depositus celebrans excōicaꝰ. Capitulū pmū.

Si qs episcop⁹: p̄sbyter: vel diaconus [l] deposi-

rationem subdens penam. l. ꝛ canon.

d ℂ Blasphemiā. Qui blasphemiā dicit in deū/siue in spm̄ scm̄/neqꝫ in hoc sclo/neqꝫ in futuro remittiꝰ ei. xxv. di. qualis: supple nisi penituerit: ꝛ lōge grauius est eternā q̄ tpalē ledere maiestatē. s̄. de her. vergētis. Sed q ꝯ tpales maiestatē delinqt puniꝰ. s̄. e. c. pri. ꝛ. vj. q. j. §. vex. C. ad. l. iul. maie. figs eo nisi tib⁹ ergo multofortius isti puniēdi sūt grauius: qꝛ maiora delicta maioribus penis sunt puniēda: ꝛ in delicto eq̄li decet ꝓrimas eē pe nas. in auc. vt fra. fi. col. ix. ver. fi. ꝛ qꝛ hoc est grauius q̄ in. c. ꝓxi. puniꝰ grauius: qꝛ grauius cōmissu3 iteꝉ ligiꝰ. xxiij. q. j. nō affe ramus. in fi. ꝛ f̄m. ll. vltio supplicio puniꝰ. in auc. vt nō lux. ꝯ na. col. vj. §. j. s3 f3 canon. olī3 laic⁹ excōicabaꝰ: cl'c⁹ deponebaꝰ. xxij. q. ij. figs per capillu3.

e ℂ Ingressurus. qꝛ q peccat i deū/peccat in ei⁹ ecclā ꝛ ecōuerso. vn̄ p̄uaꝰ ei⁹ igressu. sic. xij. q. ij. ꝺ viro. xxij. q. iiij. ff. nec dꝫ eis pena remitti q i deū peccāt. lxiij. di. salonitane ꝛ. xxiij. q. iiij. si is qui.

f ℂ Facultates. Sic s̄. de voto. c. ij. Ber.

g ℂ Cōmuteꝰ. Ar. ꝺ cōmutatiōe penc. lxxx ij. di. p̄sbyter. ꝛ. xxij. q. iiij. innocens. De hoc dixi. s̄. de voto. c. j. B.

h ℂ Potestatē. Ar. q̄ vna iurisditio per aliā iuuatur. x. di. qm̄ idem. ꝛ. xcvj. di. cum ad verum. ꝛ. xxij. di. nec licuit. s̄. de offi. ordi. quoniam in plerisqꝫ. in fi.

i ℂ Cōtra eū. i. ptātem: ꝛ ita habeo hic q̄ si iudex secularis negligit facere iustitiā pōt cōpelli per ecclesiā. xxiij. q. v. administratores. ꝛ. xcvj. di. cum ad verum.

k ℂ Usualis monete. Idē eēt si hoc nō fuisset adiectu3 vt de moneta que in vsu habeꝰ soluaꝰ f̄m cōsuetudinē loci. ff. de leg. j. si seruus. §. si numer⁹. ꝛ. ff. de leg. iij. l. nūmis. ꝛ. ff. fun. instru. cū delanionis. §. asinam. in fi. Berfi.

ℂ Rub. De clerico excōicato. Supra visu3 est de varijs delictis pp q̄ interdū clici suspēdunꝰ: ꝛ iterdū deponunꝰ ꝛ interdū excōicanꝰ: s3 qꝛ q̄nqꝫ clici depositi excōicati vel suspēsi celebrāt ꝛ ingerūt se diuinis sicut p̄us: ꝛ posset dubitari de pena eis inferenda ex hoc nouo delicto ideo ꝛc.

ℂ De m āhi. xj. q. iij. placuit. ꝛ in. c. pe. l. di. accedēs. Abb.

Si quis eps̄. ℂ CASVS. Statutu3 est in canone apostoloru3 q̄ si eps̄ p̄sbyter diaconus iuste depositus fuerit pro certis criminibus ꝛ postea ausus fuerit tractare ministeriū sibi ante depositionē cōmissum ab ecclia abscindatur. ℂ Nota q̄ depositus diuinu3 ministerium vlterius tractare non dꝫ al's punitur vt hic dicitur.

Si quis. l ℂ Diaconus. Idē3 est de omnibus alijs

ratiōe. Reci
signa
trari

Con
tio.

ℂ
tex.

ℂ Statuimus. ℂ CASVS. Statuiꝰ i. c. isto qual'r puniri debeāt q publice blasphemiā dicere p̄sumpserint ꝯ deū/ꝛ aliquē scōꝝ eius ꝛ p̄cipue ꝯ btām virginē ꝛ p epm̄ suū pena ista est iponēda: put inferius annotaꝰ. Si vo aliqs penā istā recipe noluerit ecclīe sibi interdicat ingressus: ꝛ in obitu ecclīastica careat sepultura. Itē si blasphem⁹ diues fuerit p tpalē ptātē mulcteꝰ pena. xl. solidorū aliog. xxx. siue. xx. ꝛ si adhuc non sufficit. v. sol. vsualis monete nullā in hoc misericordiā habitur⁹: ꝛ si ptās hoc nō fecerit per epm̄ cōpellat: ꝛ hoc statutū ponaꝰ iter alia statuta cōmunitatuū. ℂ Nota q̄ cōtra deū/ꝛ alios sanctos ꝛ p̄cipue btām virginē in blasphemiā nemo prorumpere dꝫ. al's punitur. Itē vbi iudex secularis negligit facere iustitiā per epm̄ debet ad hoc compelli.

Diuisio. ℂ Statuimus. Primo ponit penā ecclīastici iudicis. Secundo secularis. ibi [Per temporalē.] Abbas.

ℂ Glo. seq. aggrauat blasphemiam per tex. canoni. ꝛ per

c ℂ Terrorē. Sic eni pena vnius dꝫ esse metus alterius. ij. q. questio. vij. quapropter. ꝛ. s̄. de iude. ad liberandā. vbi de hoc. ꝛ. s̄. de calum. c. ij.

cp̄s ꝙ nō solu ȝ ep̄s vel p̄sbyter deponi pōt sed etiā diacōnus. Ab.

j.c.proxi.ꝛ.xj.questio.iij.episcopus.

a ¶ Iuste. Ideȝ esset si iniuste: nisi prius restitutus fuisset. xj. questio. iij. episcopus. dūmodo sententia non sit lata contra ordinem iuris: qꝛ tunc nulla est sn̄ia. ij. questio. vj. §. diffinitiua. s̄. vt lit. non contesta. accedens. j.

b ¶ Ab eccl'ia. Arg. contra. ij. qō. v. qua de causa. sed ibi dispensatum fuit. lxiij. distin. salonitane.

Si quis p̄sbyter. ¶ CASVS. Statutum fuit in cōcil'. Antiocen̄. ꝙ si presbyter/aut alius clericus degradat⁹ fuerit aut ab officio pro certis criminibus suspēsus: ꝛ ipse postmoduȝ per cōtemptū ꝛ superbiā de ministerio sibi ꝓhibito agere p̄sumpserit si ab ep̄o suo admonitus nō destiterit excōicetur: ꝛ q ei participauerint erunt excōicati. Et qui participauerint clericis/ vel feminis excōicati sūt. Si ꝟo aliquis ista cōtempserit et ep̄s illa corrigere non poterit inuocet auxiliū regis ꝛ exilio dānet. ¶ Nota ꝙ clericus depositus vel suspensus ab ep̄o suo ministeriū diuinū agere nō debet. Itē q per eccl'iam nō corrigit per seculare ptātem ad reqsitionē ep̄i corrigatur.

...tus iuste[a] pro certis criminibus ausus fuerit attractare ministeriū sibi dudū cōmissū: hic ab eccl'ia[b] abscindatur.

Ex concilio Antiocen̄.

¶ Degradatus vel suspēsus celebrans ꝛ monitus non desistens: excōmunicatur ꝛ si nec sic desistat: per seculareȝ ptāteȝ ad reqsitionem ecclesie exilio dānatur. Caplm̄. ij.

Si quis presbyter/aut alius clericus fuerit degradatus[c]/aut ab officio ꝓ certis criminibus suspēsus ꝛ ipse per cōtemptū ꝛ supbiaȝ aliqd de ministerio sibi iterdicto agere p̄sumpserit[d]: et postea ab ep̄o suo correptus in incepta p̄sumptione ꝑdurauerit modis oībus excōicetur. ꝛ qcūqȝ cū eo cōicauerit silr̄ se sciat esse excōicatuȝ[e]. Silr̄ de clericis: laicis: vel feminis excōicatis obseruādū est[f]. Qd̄ si aliquis ista oīa cōtempserit: ꝛ episcopus minime emēdare potuerit: regis iudicio[g] ad requisitioneȝ ecclesie exilio dannetur.

Alexan. iij. Loudon̄. ep̄o.

¶ Interdictus ꝛ excōicatus celebrans monitus non desistens deponitur. Caplm̄. iij.

Clerici autē si qui a suis aut etiam de mandato romani pontificis ab alienis ep̄is interdicti/vel excōicati ante absolutionē diuina officia celebrauerint: nisi moniti[h] sine dilatione redierint perpetue depositionis sentētiam pro ausu tante temeritatis incurrant.

Idem Toletano archiep̄o.

¶ Excōicati vel iterdicti celebrantes: deponi debēt nisi ꝓp multitudinē mitiget pena. Cap. iiij.

Latores p̄sentiū nobis itimarūt:

¶ Si quis presbyter. ¶ In prima ponit penam. Secunda aggrauat. ibi [Qd̄ si.] Abbas.

Degradatus celebrans bn̄ conficit.

c ¶ Degradatus. A suo ep̄o. adiunctis sibi aliis ep̄is in degradatione p̄sbyteri. xv. q. vij. felix. ꝛ. c. si aūt. Sed pone degradatū celebrare: nunqd cōficit. videt̄ ꝙ sic. qꝛ ordineȝ non amisit. xx. q. iij. eos qui. j. q. j. ꝙ quidā. ꝛ de cōse. di. iiij. ostendit̄. xxij. q. vij. licite. arg. cōtra. l. di. accedēs. xj. qō. iij. ep̄s. lxxxj. di. dictum. xxiij. q. vlti. clerici. liiij. dist. c. ij. R. dicit ꝙ talis non cōficit: potuit enim ecclesia ei auferre illaȝ potestatem quā contulit: qꝛuis non posset character auferri. sicut nec insignia militi. Lau. Ala. ꝛ Tan. dicūt ꝛ melius ꝙ bene conficit depositus sicut herericus. arg. j. qō. j. neqȝ. ꝛ. c. ꝙ quidam. nec papa potuit auferre illam virtutem ꝛ hoc verum credo. vnde talis excōmunicatur: vt. j. dicitur. qꝛ facit rem sibi prohibitam.

d ¶ Presumpserit. Quasi in officio suo vt prius. qd̄ non licet. xj. q. iij. siquis ep̄s in concilio. ꝛ. xxviij. di. presbyterū. In modū enim priuati suffragij pōt dicere horas suas: qd̄ etiam pōt laicus. arg. bo. j. de pe. ꝛ remis. ꝙ in te.

e ¶ Excōmunicatum. Ipso iure. xj. q. iij. cum excōmunicato ꝛ intellige de minori.

f ¶ Obseruandum est. Ut talibus nullus cōicet al's similiter sunt excōmunicati minori excōicatione. xj. q. iij. excōmunicatos: ꝛ nisi destiterint sunt excōicandi. j. de sentē. excō. ꝙ in dubijs. §. ij. ꝛ. j. eo. si celebrat. in fi.

g ¶ Regis iudicio. Ubi enim ecclesia per se ꝓficere nō potest inuocandū est auxilium seculare: vt hic dicit. s̄. de offi. or. c. j. ꝛ. c. qm̄ in plerisqȝ. in fi. ꝛ. xvij. di. nec licuit. xj. q.

j. petinimus: ꝛ ita vtraqȝ ptās per alterā iuuari dȝ. s̄. ti. pri. c. ij. vbi de hoc. ꝛ pōt per ecclesiam cōpelli: vt ibi dicitur.

Clerici. ¶ Glo. seq. tria facit ar. a cōtrario/ꝛ cōtra id obijcit/ꝛ soluit. Scd̄o querit. ar. ad affirmatiuaȝ soluit negatiue. Tertio iterū querit. ponit opinionē Hug. cui obijcit de ca. episcopus/ꝛ respondet.

¶ No. ex h tex. penam excōicati vel interdicti celebrantis/ diuina dȝ eni deponi ꝑpetuo ab offō et bn̄ficio. et hec pena est iponēda p iudicē. Abb.

h ¶ Moniti. Ergo videt̄ ꝙ si emēdare se volunt non deponentur: sed hoc intellige dictum dispensatiue: ꝛ ita non cōtradicit. j. c. pxi. ꝛ alia. c. seq. Et sic pȝ ꝙ quicunqȝ celebrat excōicat⁹/vel ab officio suspēsus priuari dȝ de iure officio et beneficio ꝛ deponi ēt. Sed nunqd ep̄s pōt cum talibus dispensare sine legatus d' latere dn̄i pape missus. arg. ꝙ legatus possit: qꝛ vicē gerit delegantis: ꝛ absoluit excōicatos quorū solutio se. apo. reseruat̄. s̄. de of. leg. ꝙ trāslationem. ꝛ j. de sen. excō. qꝛuis. et c. ad eminentiam. Dicas ergo ꝙ nec ep̄s: nec etiam synodus in hoc dispēsare pōt. xj. q. iij. siquis ep̄s dānatur. ꝛ. c. se. ar. j. de co g sur. ordi. re. c. j. ꝛ. ij. qō. v. qua de cā. nec etiaȝ legatus: lȝ possit absoluere excōmunicatos: ꝛ sic solus papa hic dispensat. Et hoc hodie expressum est in duabus decre. Innoc. iiij. s̄. de sen. ꝛ re iudi. cum eterni. ꝛ. j. de sen. excō. cum medicinalis. lib. vj. Sed potest queri vtrum idem sit in deposito vt solus papa ipsuȝ restituat: Hug. dicit ꝙ solus papa hoc potest. ꝛ probatur. vij. questio. j. siquis presbyter. tamen cum distinctione si episcopus ipsum deposuit tm̄ cum alijs episcopis a sacerdotio potest eum recipere in inferioribus ordinibus: ꝛ sic de alijs ordinibus. arg. xv. questio. viij. quia admiserit. ꝛ. c. siquis p̄sbyter. Si ꝟo depositus est ab omnibus ordinibus: solus papa ipsum restituit. Sed contra. arg. habes. xj. questio. iij. episcopus. vbi dicitur ꝙ si in secunda synodo innocens inueniatur: non potest esse quod fuerat: nisi gradus premissos recipiat de manu episcopi: sed illud intelligitur cum iniuste depositus fuit puta per falsos testes/vel falsa instrumenta: vnde dicitur ibi. si innocens inueniatur. Sed vbi iuste pro crimine depositus est: solus papa tales restituit.

Excōicat⁹ celebrans ꝑ quem dispēsari potest.

Latores. ¶ CASVS. Quidam presbyteri accedentes ad papam nunciauerunt ei ꝙ tam ipsi qꝛ multi alij postqꝛ interdicti ꝛ excōicati fuerint diuina officia celebrarunt. vnde mandat pa. archiep̄o Toletano ꝙ si. xl. solūmodo vel pauciores in hoc deliquerunt oēs in ꝑpetuuȝ ab officio sacerdotali deponat. si ꝟo multitudinē magnaȝ in hoc peccasse constiterit illos deponat ꝙ causam delicti dederunt illos qui non tm̄ deliquerunt ab officio suspendat ad tempus ꝛ omnibus s̄m qd̄ sibi visum fuerit penitentiā iniungat. ¶ Itē nota ꝙ illi qui excōicati vel interdicti celebrāt sūt deponēdi. Itē multitudini parcēdū est.

quod tam ipsi quam multi alij postquam interdicti vel excõicati fuerũt diuina psumpserint officia celebrare: et infra. ¶ Fra. t. mãdamus quatenus si. xl. solũ modo vel pauciores in his deliqsse cõstiterit oẽs in ppetuũ ab officio sacerdotali deponas[a]. ¶ Si vero multitudinẽ[b] magnã in hoc peccasse cognoueris: eos qui magis[c] causam delicti eẽ cõstiterit ppetua depõne cõdẽnes. et alios qui nõ tm̃ deliquerint ab officio[d] ad tp̃s suspẽdas: et oĩbus penitentiã sm̃ discretionem[e] tibi a deo datã iniungas.

Inno. iij. Herbipol. caplo.

¶ Si habẽs notitiã excõmunicationis per solam famam celebrat: dz de rigore deponi: licz cum eo possit misericorditer dispensari. h.d. et est casus notabilis. Capitulum. v.

Illud dñs in beato Petro: et infra[f]. ¶ Uenerabilis. f. n. quondã Hildesemeñ. ep̃s licẽtia nõ solũ obtẽta: sed nec etiã postulata ecclesia hildesemiẽ. relicta herbipoleñ. ecclesiam occupauit. et infra. ¶ Uñ Magdeburgeñ. ep̃o dedimus in mandatis: vt cum factum ipsum non posset in partibus illis nõ eẽ notorium[g]; nisi dictus ep̃s

¶ No. ar. ex tex. c. latores qd oẽ crimen irregularitatẽ inducẽs est depositione dignũ. de quo no. in ca. cũ non ab hoĩe: et s. c. at si clerici. s. de iudi. Ab.

Multitudini peccãti an sit parcendum.

Multi quot dicãtur.

¶ Latores. ¶ In prima narratio et decisa supplicatio. In secunda ibi [Fraternitati tue.] distinguens cõmissio. Secundum membrum. ibi [Si vero.] Abbas.

a ¶ Deponas. Ecce pena illorum qui excõicati. suspensi. vel interdicti diuina officia celebrant. vt dictũ est. s. c. pxi.

b ¶ Multitudinem. Hic ergo nõ parcitur multitudini. Arg. contra. l. di. vt cõstitueretur. et. xliiij. di. comessationes. ix. q. j. c. ordinationes. et. s. de tempo. ordi. c. ij. vbi de hoc. et xxiij. q. iiij. nõ potest. et. c. ipsa pietas. j. qõ. vij. quoties. Sed ista contraria locũ habẽt vbi scandalũ timetur et multorũ strages iacet si seruet rigor. alis si non contẽnatur disciplina ecclesie in populis: sed vt patiẽter sustineant: tunc feriẽda est multitudo. xxiij. q. iiij. non põt. in fi. et de pe. di. vj. c. j. et in fi. Item habes hic quod vltra. xl. dicunt multi. sic. s. de testi. cum causam. et sm̃ has decre. interpretamur illam. s. de rescrip. sedes. et. ff. de testi. l. j. in fi. Aliquãdo etiã duo dicunt multi. insti. de iur. psona. in fi. ar. Aliquñ etiã. xxiij. milia pauci dicuntur. xlv. distin. disciplina. xxiij. questio. iiij. qd autem. Multa igitur. et pauca in respectu dicuntur.

c ¶ Magis. Hi enim magis peccant. et ideo magis puniendi sunt. lxxxvj. distin. c. j. et ea. dist. tanta. et. xxiij. q. iij. qui aliorum. et in quo maior est culpa maior debz exerceri vindicta. s. de here. excõmunicamus. §. credentes. vbi de hoc plures inuenies concordantias.

¶ Glo. sequens tres questiones format et illas soluit/et contra vlti. solu. arguit.

d ¶ Ab officio. Et etiam a bñficio: quia vbi vnum propter alterũ vtrobiqz tm̃. lxxxj. di. cos. Quid si episcopus dicat: suspendo te a bñficio nungd põt celebrare. Ita quidem si suspendit ipsum tm̃ a beneficio. Item poterit ne bñficium acquirere. Ita quia non intelligitur illum bñficio suspẽdisse: nisi quo ad se nisi specialr feratur snĩa: vt remoueat ab officio. tunc enim bñficium sequela est: et ideo remouetur ab illo. vt. s. de appel. pastoralis. ar. predicti. c. eos. et. c. precedenti: nisi specialiter ei conseruaretur. xviij. di. presbyterum. et. l. di. c. studeat. et. c. accedens. Quid si ep̃s ita dicat: suspendo te officio vel beneficio: nungd debeo abstinere ab vtroqz. Ita credo saltem propter dubium. ar. j. c. c. proxi. C. de ver. signi. cum quidam. et de conse. di. ij. in calice. arg. ff. de rebus dub. si is qui ducenta. §. cum ita. ar. quod neutro suspensus est propter dubiũ. ff. de test. tu. duo sunt. et. ff. de manumis. test. cum ex pluribus.

e ¶ Secundum discretionem. Et ita penitentia arbitraria est. xxvj. questio. vij. tempora penitudinis. et fit hec dispensatio auctoritate domini pape: quia per se non posset vt dictum est in proxi. c.

Illud. ¶ [illegible] Hildesemeñ. ep̃s non petita/nec obtenta licẽtia dñi pa. relicta Hildesemeñ. ecclesia Herbipoleñ. ecclesiam auctoritate ppria occupauit. propter qd papa mandauit ep̃o Magdeburgẽ. vt cum factũ illud notoriũ esset in partibus illis nisi infra. xx. dies ab administratione Herbipoleñ. ecclie cessaret ipsum excõmunicatũ publice nunciaret: qd idem ep̃s non distulit adimplere. Ipse vero nihilominus diuina postmodum officia celebrauit et fecit sibi ab alijs celebrari et se ingessit celebrationi diuinorum. ipse vero postmodũ in p̃ntia dñi pa. cõstitutus suũ recognoscens errorẽ misericordiã et non iudiciũ postulauit. tamen in suam. excusationem proposuit quod cũ Magdeburgeñ. non esset ordinarius iudex eius nõ credebat quod monitione nõ premissa auctoritate delegata posset pcedere cõtra ipm̃. vnde cum nec ante factum/nec post literas ab eo monitorias accepisset peccare nõ credebat si diuina officia celebret maxime cum sibi/nõ cõstaret nisi p famã de snĩa cõtra eũ lata: dñs papa his auditis scribit capitulo Herbipoleñ. dicẽs/quod licz in hoc videatur nõ oĩno culpabilis extitisse: quia tñ in dubijs via tutior est eligẽda quãuis dubitaret de sententia contra ipsum lata. debuit potius abstinere quam sacra ecclesiastica ptractare. Illud vero qd allegabat quod sub spe venie postquam nouerat se excõicatũ a pa. sibi fecit diuina officia celebrari et aliorum cõioni se ingessit ipsum nõ excusat: sed potius cõtra eũ facit cũ sub spe venie nullus debeat delinquere. et grauius est excõicato non vitare alios quam ab alijs non vitari. pa. tñ facit ei grãm quia non imponit ei penã quã canon illis imponit qui post excõicationẽ presumunt celebrare diuina et celebrationi se ingerere diuinorũ. ¶ Nota quod ep̃s sine licentia pape ecclesiam dimittere non põt. Itẽ in dubijs tutior via est eligenda. Itẽ qui dubitat de snĩa cõtra eũ lata cum per famã hoc intelligit potius abstineat quam celebret quia illud est tutius. Item sub spe penitẽtie nullus peccare dz quia posset cõtingere quod tp̃s non hẽret etiã ad cõfitẽdũ. Itẽ post excõicationẽ nullus dz celebrare vel celebrationi se ingerere diuinorum alis dz deponi.

¶ Illud. ¶ Excõicatus celebrans deponendus est nisi cũ eo misericorditer dispenset. h.d. sed sm̃ hoc nihil afferret istud. c. de nouo. Diuidit. Nã in prima ponit Hildesemeñ. ep̃i transitũ. In scda ibi [Uñ.] ponit mandatũ delegato factũ et eius executionẽ. In tertia ibi [Ipse.] cõpationẽ ep̃i et recognitionẽ et excusationẽ. In quarta ibi [Licz.] excusatio ipugnat. In quinta ibi [Cũ eo.] pene remissionẽ.

f ¶ Et infra. De isto episcopo habes. s. de transla. quanto. et. c. licet. et. s. de maio. et obe. illud.

¶ Glo. seq. recitetur per modũ obiectionis/et solutionis.

g ¶ Notoriũ. Hoc erat tale scm̃ qd exhibebat se oculis oĩum. vnde non poterat non esse notoriũ si transiuit ad ecclesiã illam: sed vtrum licite poterat vel illicite: hoc non erat notoriũ saltẽ quo ad alios. quia potuit esse quod habuit licentiã transeundi a dño papa per literas suas. arg. lxxvj. di. dilectionis. vnde in meliorẽ partẽ debemus hoc interpretari. j. de regu. iur. c. ij. quia papa potuit de hoc obliuisci: quia ipsum quandoqz fallit obliuio. xxiij. di. preterea. et oĩum habere memoriã potius est diuinitatis quam humanitatis. C. de ve. iur. enu. l. ij. §. si qd. Cõtrarium est verum: quia ex quo papa hoc diffitetur ei incũbit probatio quod de ipsius licentia transisset. c. di. contra morem. xciij. distin. illud.

¶ No. [...] h. c. quod d[...] linquẽs [...] spe ver[...] mag] pe[...] cat vñ [...] sacra scr[...] ptura. n[...] ledict⁹ [...] q pecca[...] spe. Ab[...]

a ¶ Viginti dies. Sic. s. de crimi. fal. dura.
b ¶ Minas. Sic. s. de trásla. inter corpalia. ver. finem.
c ¶ Officia. In hoc deliqt: q nec excõicatus/nec suspensus publice/vel priuatim celebrare debet: nec sacra alia dare. xxiij. di. presbitm. Sed alia officia pter missam pot occulte dicere non officiando: sed quasi priuata psona. j. de pe. z remis. q in te. z. xj. q. iij. siquis eps damnatur. z. c. zelo. ¶ Glo. seq. signat Iuum. z respõdet.
d ¶ In hoc. s. quia nõ constabat ei: nisi per famam de illa excõicatione: sed fama per se non pbat. iij. q. ij. §. item in criminali. §. ite sepe. Ar. contra. s. de psang. z affi. super eo. vbi ad solá famá matrimonium ꝯhédum impeditur. Ergo iste pter famam debuit abstinere. j. de senté. excõ. cum desideres. §. j. s. nõ tátum culpabilis fuit: quátum si h pro certo sciuisset. z ideo dicit. l. in hoc nõ videatur oino culpabilis extitisse. Sed dicta paucorum ad hoc non sufficerét: quia non faciunt famá. s. de accusa. inquisitionis. nec tenebat credere: l. diceret ei ab aliqbus. xj. q. iij. non solum. z. c. cum in cunctis. z. xxiij. q. iiij. q magnum. z. ff. q cum fal. tu. l. ij. z. ij. nisi fama super hoc peruenisset ad eum put sequitur. argu. contra. ff. de administra. tuto. quidam decedés. §. ex quo. z. C. de rei vendicat. si fundum. z. s. de rescript. cum contingat.
e ¶ In dubijs. Sic s. de spõsal. iuuenis. z de homi. significasti. ij. z. c. penul. z. c. ad audientiam. vbi de hoc. z arg. xxiij. q. j. quid culpatur. in fi. †
f ¶ Venie. Sub spe venie nullus dz peccare. de ꝯse. dist. iiij. quádo quis. arg. ꝯtra. j. de sen. excõ. si vere.
g ¶ Vitari. In hoc quasi patitur: in alio. s. in non vitare agit quod est in eius potestate: z ideo in eo peccat: in altero non peccat: quádoq tamen non multum differút agere z pati posse. xv. questio. j. si cupis.
h ¶ Canon. xj. q. iij. s. qs epus dánat. z. c. seq. z. j. c. pxi. s. co. látores. Hác miaz solus papa pot facere. s. co. clerici.

Fraternitati tue. ¶ CASUS. Archieps Bisuntinus excõmunicauit quosdá psbros z clericos pro suis excessibus: qui nihilominus excõicati celebrarút diuina. Quesiuit archieps a papa: vtrum possit eos suis bñficijs spoliare. Respõdet papa: q si canonice sunt excõmunicationis sñia innodati: z postea celebrare diuina psumpserint poterit eos omnibus beneficijs ecclasticis spoliare.

infra. xx. dies[a] ab herbipolē. ecclie administratione cessaret: eum excõicatum publice nunciaret: qd idem Magdeburgeñ. studuit adimplere: et infra. ¶ Ipse vo eps in nostra postmodum pñtia cõstitutus: z si suũ recognosceret: z cõfiteretur excessum: z non iudicium: sed misericordiaz[b] postularet: hic tamé iter alia in sua excusatione proposuit: q cum dictus magdeburgeñ. nõ esset ordinari' iudex eius: † non crediderat q monitione non premissa auctoritate delegata: posset procedere contra ipsum: aut sñiam in eum aliquá pmulgare. Unde cum nec ante factum monitorias: nec post literas ab eo aliquas accepisset: peccare non credidit si diuina officia[c] quátumcũq solénitер celebrauit presertim cum ei: non nisi per famam de sententia cõtra eum plata cõstaret: z infra. ¶ Lz autem in hoc[d] non videatur oino culpabilis extitisse: quia tñ in dubijs[e] via est eligenda tutior: z si de lata in eum sententia dubitaret: debuerat tamé potius abstinere q sacramenta ecclastica pertractare. Illud autez qd sub spe venie[f] diuina sibi fecit: postq se a nobis excõmunicatum nouerat celebrari: z cõmunioni fidelium ingessit se: potius cõtra eum facere credimus q pro eo: cum sub fiducia penitétie nõ debuerat deliquisse: z excõicato non vitare: multo magis q non vitari[g] periculosum existat. Non vitare siqdem: cum in eo sit excõicatus sine delicto nõ pot: sed cũ ex alijs pendeat sine suo delicto poterit nõ vitari: z infra. ¶ Cuz eo misericordiá facientes penam quam canon[h] minatur his qui post excõicationem diuina psumpserint officia celebrare: vel se celebrationi ingesserint diuinorũ ei nõ duximus infligédam.

Idé Bisuntineñ. archiepo.

¶ Excõmunicatus celebrãs a bñficio deponitur. Cap. vj.

Fraternitati tue: z infra. ¶ Presbyteros autez z alios clericos q pro suis excessibus a te nexibus anathematis canonice innodati presumpserút: vel presumút officia celebrare diuina: rationabiliter poteris omnibus bñficijs ecclesiasticis spoliare[i].

Idez decano z priori colon.

¶ Collatio bñficij excõicato facta nõ tenet: z scienter talibus ꝯferens a bñficioꝝ collatione suspéditur. Cap. vij.

Postulastis per sedé apostolicá edoceri: z infra. ¶ Cõsultationi vestre rñde. q cum excõicatis cõicari nõ debeat[k]: z clericis excõmuni-

¶ No. qualiter puniuntur qui celebrát excõmunicati.
¶ Fr nitati tue. ¶ Primo decisa cõsultatio. Secũdo responsio. ibi [Presbyteros.] Abbas.
i ¶ Spoliare. Immo posset eos perpetuo deponere. s. e. la tores. Dispensare tamen cum eis non potest: vt dictum est. s. co. clerici. Bern.

Postulastis. ¶ CASUS. Quidam erát excõicati z tépore sue excõicationis eccliastica bñficia sunt adepti. Querit: vtruz ea possint retinere. Respõdet papa: q cum excõicatis cõmunicari nõ debeat: excõicatis clericis beneficia cõferri non possunt: nec illa valeant licite retinere: nisi cum eis fuerit dispésatũ cuz ipsa canonice nõ fuerint ꝯsecuti: z illi qui sciéter talib' illa bñficia ꝯtulerát: tádiu debet a collatõe bñficioꝝ suspédi donec super hoc ꝯsequi mereantur vt inquo delinquere psumpserunt puniant. Scdo ponit alia qstio. clerici qdá: monachi: et moniales celebrauerút in locis suppositis iterdicto tpe ipi' interdicti: z adhuc celebrare diua nõ cessant: pter qd etiaz sunt excõicatiõis sententia innodati. Querit qualr isti sunt puniédi. Rñdet papa: q clerici qui talia psumpserút sunt ecclasticis bñficijs spoliádi monachi z moniales in arctiorib' monasterijs ad pagédá pniam detrudédi. ¶ No. q excõicatis bñficia ꝯferri nõ pñt: z si cõferantur nõ possunt ea retinere: nisi cum eis dispésef. Itez ꝯferentes puniũtur in collationib' bñficioꝝ: vnde puniũtur in quo peccát. Item in locis interdictis nõ est celebrádum aliter facientes puniuntur: prout hic dicitur.
¶ Postulastis per sedem. ¶ Primo decisa consultatio. Secũdo respõsio. ibi [Cõsultationi vestre.] Quo subdiuiditur: vt patet in tex. z per. §. Abbas.
k ¶ Non debeat. xj. questio. iij. c. cum excõmunicato.

¶ No. et h. c. q sine alia moni tiõe excõicatus celebrás puniri pot. fac qd no. i. c. cũcti. s. eo.

¶ No. et h. c. q in loco interdicto nõ pñt diuia celebrari. hodie dic vt not. ter. in c. si. de sen. excõ. li. vj.

Matrimonium ad so am famá impedit.

¶ Addo d ꝯtinea ur ap. oiarij. not. l. l. j. §. cũ bez. ff. de fi. prefe. b. z in. l. C. vbi z d quos.

¶ Con. fi. l. q. s. cũ cõ dá. ff. d dub.

cationis vinculo inodatis ec-
clesiastica beneficia conferri
non possunt: nec illi valent ea
retinere [a] licite: nisi forsitan
cuȝ eis fuerit misericorditer
dispensatum [b]: cum ea nō fue-
rint canonice [c] consecuti. Illi
vero qui scienter illa beneficia
talibus contulerūt: tādiu de-
bēt a beneficiorum collatione [d]
suspendi: donec super hoc ve-
niam cōsequi mereantur [e]: vt
puniātur in hoc in quo delin-
quere presumpserint. †

❡ Celebrās in loco iterdicto si est clericus scīaris bn̄ficijs p̄uat: si monachus in arctius monasterium detruditur. h. d.

❡ Quesiuistis preterea qualiter
puniri debeant clerici: mona-
chi vel moniales eccl'aruȝ cō-
uētualium: qui post latam in-
terdicti sn̄iam in locis suppo-
sitis interdicto p̄sumpserunt
hactenus ⁊ adhuc etiam non
verentur diuina officia cele-
brare [f]: cum quis propter hoc sint
excōicationis vinculo inoda-
ti. ❡ Ad hoc breuiter rn̄de-
mus: ꝙ clerici qui talia p̄sum-
pserint sunt eccl'iasticis bn̄fi-
cijs spoliandis [g]. Monachi vero
vel moniales in arctioribus [h]
monasterijs ad peragendam
penitentiam detrudendi.

Idem decano ⁊ subdiacono
Pictauieñ. ⁊ magistro. P. ca-
nonico Petragorieñ.

❡ Valet collatio bn̄ficij ei facta: qui prius fuit excōicatus: sed absolutus tpe collatiōis.

Propofuit co- Cap. xiij.
raȝ nobis magister. P.
clericus epi Tusculañ. ꝙ. S.
sancte Marie in porticu dia-
cono Cardina. in partibus il-
lis apostolice sedis legatiōis
fungente officio: qdam de Le-
mouicinio ei humiliter sup-
plicarunt: vt eorum ecclesiaȝ
que debito fraudabatur cle-
ricorū seruitio ordinaret: pro
se ac magistro eodem preces
specialiter porrigentes. Ipse
vero Lemouiceñ. ciuitatem in-
gressus canonicoȝ monuit: vt
illos reciperent in socios ⁊ in
fratres: maxime cum preben-
de qnqȝ vel q̄tuor ab vltima
ipsius ecclesie ordinatiōe va-
cassent: quibus post petitas ⁊
concessas deliberationis in-
ducias non curantibus respō-
dere: de prebenda Lemoui-
ceñ. cardi. predictus eosdem
clericos inuestiuit: et infra.
❡ Cum autem dictus magi-
ster ⁊ Lemouiceñ. penitētia-
rius in nostra fuissent presen-
tia cōstituti: ⁊ acta iudicij in-
spici fecerimus diligēter: per
penitentiarij testes intellexi-
mus: ꝙ Lemouiceñ. ep̄s plu-
ribus annis anteq̄ idem ma-
gister inuestit⁹ fuerit clericos
⁊ Burgeñ. castri Lemouicē.
⁊ eūdem. P. nominatim: quē
eorum dicebāt cōsiliarium: ⁊
fautorem vinculo excōmuni-
cationis astrinxit. Per testes
vero magistri. P. pbabatur: ꝙ
etsi dictus ep̄us in Burgeñ.
⁊ eorum fautores taȝ clericos q̄
laicos Lemouiceñ. excōmu-
nicationis sententiam protu-
lisset: eos tn̄ per tres annos

a ❡ Retinere. Immo si prius alia beneficia habebāt eis fuit priuandi. s̄. de eta. ⁊ quali. ordi. cum bone.
b ❡ Dispēsatuȝ. Nō dicit a quo. g̃ videt̃ relicta potestas dispēsandi epis. ar. j. de senē. excō. nup. Dic vt. s̄. eo. clerici.
❡ Glo. seq. recit. per. q. quis dispenset. soluit ⁊ remittit.
c ❡ Canonice. Sȝ si non sunt illa canonice ɔsecuti: perdere debent illa. sic. s̄. de eta. ⁊ quali. cum bone. cum eēnt excōicati indigni erāt ⁊ inhabiles ad aliq̄ bn̄ficia percipiēda: q2 tales / nec eligere / nec eligi pn̄t. s̄. de elec̄. cum inter. R. ⁊. s̄. de cōsue. cum dilectus. nec ipetrare lr̄as. s̄. de rescrip. dilect⁹. j.
d ❡ A collatione. Ut puniatur in quo deliqt. s̄. de tēpo. ordinā. ex lr̄is. imo ⁊ a perceptione pprij beneficij suspēdatur: q2 scienter indigno beneficiuȝ cōtulit. s̄. de elec. nihil est. Ber.
e ❡ Mereant̃. Per suum superiorem.
f ❡ Celebrare. Propter qd suspēsi sunt ⁊ irregulares: vt no. j. de excēs. p̄la. c. vlti. vnde possent deponi. s̄. eo. latores.
g ❡ Spoliandi. Nec auditur: si dicat ꝙ sit iniuste excōicatus. arg. s̄. eo. illud. Sicut etiam nō audit̃ cui opus nouam nūciatur / nec obtemperat. ff. de no. oper. nūcia. l. j. §. in opis.
h ❡ Arctioribus. s̄. de simo. de regularibus. ⁊. c. quoniaȝ simoniaca.

❡ Propofuit. ❡ CASVS. Episcopus Tusculanus erat legatus in ptibus Lemouiceñ. quidā de lemoui supplicauerūt legato et magr̄o. P. vt eisdem in Lemouiceñ. ecclesia prouideret: ⁊ eos faceret recipi in canonicos ⁊ in fr̄es: ⁊ p̄cipue cū qnqȝ vel quatuor p̄bēde ab vltima ordinatione ipsius eccl'ie vacarēt: idem legatus ciuitatem Lemouiceñ. ingressus canonicos monuit diligenter: vt illos in socios reciperent: ⁊ tres ad p̄dictas prebēdas vacātes: ꝙ tamen post petitas ⁊ cōcessas deliberationis inducias facere nō curasset: legatus de p̄dictis prebēdis inuestiuit eosdem. Postmodum vero penitētiarius Lemouicēs ɔtra p̄dictum magistrū. P. lr̄as impetrauit ad quosdaȝ iudices delegatos corā quibus petijt institutionem factā de ipso cassari: ⁊ ipsum remoueri ab eccl'ia Lemouiceñ. pro eo ꝙ tēpore sue institutionis erat excōicatus per ep̄m Lemouiceñ. pluribus annis ante suaȝ inuestituraȝ: super hoc testes ab vtraqȝ parte pducti fuerunt. Iudices vero causam istructam remiserunt ad ap̄licaȝ sedē partib⁹ in p̄ntia pape ɔstitutis: ex parte predicti Magr̄i predicta pposita fuerūt. Papa vero auditis que partes pponere voluerunt acta iudicis fecit inspici diligenter ⁊ inuenit esse pbatū por testes penitētiarij: ꝙ ep̄s Lemouic̄. predictū magr̄m. P. ⁊ quosdam alios excōicauerat pluribus annis ante inuestituram dicti magr̄i: per testes vero Magistri pbatur ꝙ ep̄s dictū Magr̄m ⁊ alios clericos: ⁊ etiam laicos p tres annos absoluit anteq̄ dict⁹ Magister fuerit inuestitus: ⁊ ꝙ episcop⁹ dicto magr̄o cōicauit: postea in eccl'ia et in mensa: sed q2 penitētiarius nō pbauit dictum magr̄m tēpore sue inuestiture excōmunicatum extitisse ab ep̄o suo: sicut obtulerat se pbaturuȝ: cuȝ ex pte ipsius magistri fuerat facta fides de absolutiōe et cōione ep̄i. Dn̄s papa qd de p̄dicto magistro per legatū p̄dictum factū est per diffinitiuā sn̄iam approbauit. ❡ No. q fuit excōmunicatus publice adhuc presumitur excōmunicatus: nisi pbetur absolutus. Unde nota. ꝙ qui absoluitur literas sue absolutionis obtineat ad cautelam futurorū: vt hic patet. Item dum quis est excōmunicatus nullum beneficiū eccl'iasticum obtinere pōt. Iteȝ cui ep̄s cōmunicat p̄sumit̃ non excōicatus: tn̄ presumptio talis non sufficit: nec ppterea esset absolutus.
❡ Propofuit. ❡ Primo narrat rem ⁊ collationem vtriusqȝ partis. Secundo diffinit. ibi [Quia vo.] Abb.
❡ Glo. seq. notat tp̄s inuestiture ⁊c. inducit duo filia.

† ❡ Con. l. si fugitiui. cū gl. in vo. amputato. ff. de ser. fugi. ⁊ ancte. oēs peregrini. C. cō. de suc.

❡ No. hoc. c. le tū cardi leȝ: ⁊ sic latet̃ po cōferre nonicat existent infra su legatior Abbas.

a ¶ Tempore. Tps ergo inuestiture considerari debet vtrũ tunc fuerit excõicatus vel non.s.e.c.pri.z.s. de eta. z quali.cũ bone: sicut in impetratione rescripti tps date cõsiderandũ est an tunc fuerit excõicatus.s. de rescrip. dictus.j.q: si postea excõicetur nõ pditur rescriptũ: sed suspẽdit q̃diu absoluatur. sic intelligit.s. de offi.deleg.prudẽtiam. §.sexta. sic z tpus electionis pideratur: an tunc sit idoneus.s. de elec.dudum.j.vbi habes similiter q̃ initiũ spectandum est. Ber.

¶ Glo.ista reci.p.q. an cõio pbet absolutionẽ. sol.alleg. Fritus.

b ¶ De absolutiõe. Et sic pbauit ille penitẽtiarius q̃ magr. P.fuit excõicatus et ipse.P. probauit postea q̃ fuit absolutus ante suã institutionẽ: z ita colligitur hic q̃ q: fuit excõicatus presumit q̃ adhuc sit excõicatus nisi pbauerit se absolutũ prout ipse.P.fecit. Et ita q̃cũq: absoluit saltem ad cautelã semp obtineat literas absolutionis.z ita cuz aliqs dicit aliquẽ excõicatum z ille dicit se non eẽ excõicatũ: vtriusq: testes sunt admittendi in tali dubio.ar.j.de sen.exco. per tuas. z.s.de test. cum tu. z.s.de offi.deleg.cum contingat.sic.s.de prescrip. illud.z.c.auditis.

absoluit anteq̃ dictus magister fuerit inuestitus: z infra. Et q: idem episcopus dicto magistro cõmunicauit: z postea in ecclesia: z in mensa: z infra. ¶ Quia vo sepedictũ magistrũ inuestiture sue tẽpore [a] a prefato episcopo extitisse excõicatum: dictus pẽnitentiarius sicut obtulerat nõ probauit: cum ex aduerso de absolutione [b] z cõmunione [c] dicti epi fuerit facta fides quod per dictũ legatum de memorato magistro factũ est: per diffinitiuã sententiã duximus approbandum. Greg.viij.canonicis Pragẽ.

¶ Suspensus vel excõmunicatus ignoranter celebrando nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis:

c ¶ Cõmunione. Hec non fuit sufficiens ratio ad pbandam absolutionem.j.de sen.excom.cum desideres. sed est presumptio quedam.xj.q.iij.quibus episcopi. xciij. dist. si inimicus. Arg. contra.j.de sentẽ.excõmu.in presentia.j.de priuileg.cum olim.

Apostolice. ¶ CASUS. Duo canonici Pragen.ecclesie p Pragen.eccle ordinatiõe accesserũt ad se. apo. obiectũ fuit eis q̃ erãt suspẽsi vt sic repellerent. ipsi volebant pbare snias illas nullas eẽ z eis ignorantibus latas fuisse. pa. relaxauit snias illas ad cautelã ne ordinatio eccle differat: sed q: tpe suspẽsionis ignari celebrarũt diuina eos pbabilis excusat ignorãtia. si vo crassa/aut supina/aut erronea ignorantia fuerit propter qd' indigeant dispẽsatione papa dispẽsauit cũ eis. ¶ Nota qui suspensus ignoranter diuina celebrauerit non incurrit irregularitatem nisi ignorantia crassa fuerit.

¶ Apostolice. ¶ Qui probabilr ignorat se suspẽsum z celebrat. non efficitur irregularis secus si non probabilr. h.d. Scda pars.ibi Ceterum. Abbas.

d ¶ Aplice. Hec decre.est ps illius.s.de exceptio.aplice. ¶ Glo.ista pmittit duos effectus pbabilis ignorantie/z remittit. scdo tractat an absens z ignorans excõicari possit z qd de his que interim arg.alle.pro/z cõtra. soluit demũ format tres qõnes z illas sol. z tertiã distinguendo.

e ¶ Ignorantia pbabilis. Sic ergo pbabilis ignorãtia tm excusat/z nõ crassa/z supina: vt hic p3: sic.s.de cog.spi. si vir. vnde dicit apls misericordiã merui: q: ignorans feci.viij. distin.cõsuetudo: z inducit dispẽsationẽ.s.de or.ab epis.qui recepit.c.j.z.ij.vbi de hoc.z.j.q.j.si quis simonia-

cis. sed hic non est aliqua dispẽsatio necessaria: q: nesciebant se suspẽsos: vnde non peccauerunt. Itẽ habes hic q̃ absens z ignorãs põt excõicari, z suspẽdi.vt.ij.q.j.de manifesta.z.s.de appel.cũ sit romana.in fi.z quãdiu ignorat se excõicatum non peccat celebrando: vt hic p3. Idẽ ergo erit si literas obtinue rit p bñficio vel alio negocio: posset etiam interim eligi ab ipsis qui hoc ignorant. z sic in isto casu suspendit effectus excõicatiõis: vt q̃uis sit excõicat[9]: non tñ obest. ar.opti. de conse.di.iiij.c.ij. et insti.de excep.§.preterea.z ar.s.de appel.dilectis filijs.vbi suspẽdit iterdictũ sic z sententia absolutionis suspẽdit.ij.q.v. quanto. ar.cõtra.s.de app.pastoralis. vbi excõicatio statim trahit secũ executionẽ.z.ff. si cer. pe.eius qui.vbi dicit stat[9] sui ignarus. Credo q̃ quicqd facit anteq̃ sciat se excõicatum. nõ imputet ei tñ postq̃ nouerit se excõicatu3 d3 abstinere: al's non audiet per tales lr̃as nisi post absolutionẽ. non credo q̃ electio de ipso facta teneat: l3 ignoret se excõmunicatũ vel suspensum. Item quid si talis moriatur anteq̃ sciat? Liber erit quo ad deum: z excõmunicator d3 eum absoluere post mortem. Item nunquid ille qui sciens illum excõmunicatum si participat illi excõmunicatus erit? Credo q̃ sic. Item quid si absens excõmunicatur per epistolam quando dicemus illum excõmunicatũ vtrum quãdo scribitur/vel quãdo recipit epistolam? Põt hic distingui vt si excõmunicator voluit q̃ statim eẽt excõmunicatus tũc statim erit excõicatus. sed non obest ei donec sciat vt dictum est arg.iiij.q.v.c.j.vbi dicit ex quo literas accepisse constiterit.z.ff.man.si mandassem. al's tunc demu3 erit excõmunicatus cu3 recepit literas. Sic distinguit lex in ser uo manumisso per literas.ff.de acqui.pos.qui absenti.z.l. siquis vi.§.j.z ideo non imputatur sententia ignoranti q: nulla sententia ligat efficaciter nisi postq̃ scitur.ij.qõ.vj. biduum. nec aliqua cõstitutio.lxxxij.distin. proposuisti.z ff.de decre.ab or.fa.l.vlti. Et sic excõmunicatio non semper trahit secum suam executionẽ z si proferatur sub cõditione.s.de ap.preterea.ij.z hec vera sunt cum probabilis est ignorantia: secus si crassa/z supina. argu.s. co. illud.ibi enim crassa videbatur ignorantia: cum per famaz sciret se excommunicatum.

riosus in sciẽdo dũ mõ nõ sit nimis dĩfiosus ar. in.l.nec su pina.ff. de iur. z fac. ign. Abb.

Ignorantia pbabilis excusat.

Excõicatus qui h ignorat an peccet celebrãdo.

al's secus. Capitulum nonu3.

Apostolice [d] se. et infra. ¶ Uerum q: tempore suspensionis ignari celebrastis diuina: vos reddit ignorantia probabilis [e] excusatos. Ceterum si forte ignorãtia crassa/z supina/aut erronea fuerit propter qd dispẽsationis gratia egeatis: eam vobis de benignitate ap. indulgemus [f]. Idem.

¶ Excommunicatus minori celebrans non est irregularis sed peccat: z potest eligere z ea que sunt iurisditionis exercere l3 non eligi: z si confert sacramenta l3 peccet: tamen collatio tenet z suũ habet effectum. Capitulum.x.

Si celebrat minori excõmunicatiõe ligatus:

f ¶ Indulgemus. In quo casu nullus alius potest indulgere: vt dixi.s.eo.clerici.

Si celebrat. ¶ CASUS. Aliquis participauit excõmunicato in locutione/vel oratione z sic incidit in minorem excõmunicationem. cõsueuit dubitari de tali vtrum si celebraret tempore talis excõicationis esset irregularis. Respondet pa. q̃ l3 grauiter peccet celebrãdo nõ tamen est irregularis z eligere põt z alia que iurisditionis existunt exercere tamen si talis scienter electus fuerit talis electio est reprobanda pro eo q̃ eligitur ad susce-

absolut[9] ... solutio ... s lr̃as ... tineat.

No.ex ... c tex.c. ... plice. q̃ ... qlibet ... norãtia ... cusat: s3 ... babilis ... ntũ. Et ... cunt do ... res q̃ ... reqrit ... qs sit ... ltũ cu-

ptionem eorum a quorum pceptione priuatus est per sanctos patres: ⁊ talis excõicatus peccat celebrãdo. vnde poterãt forte aliqs dubitare vtrũ sacramenta ab eo collata habeat effectum. dicit papa ꝙ sacramenta illa non carent effectu licz ille peccet cõferẽdo: ⁊ redditur ratio cũ ille nõ videat̃ remotus a collatione sacrõ⁊: sed a participatione que cõsistit in sola pceptione: ⁊ hec vera sunt dũmodo non ingerat se pertinaciter cõmunioni excõicatorꝫ in contemptũ ecclesie cõtra prohibitionem sui superioris ꝙ si post admonitionẽ legitimaz fecerit dz excõicari: et si postea celebrãdo sacramenta ab eo collata virtutis carebunt effectu ⁊ priuatus erit ⁊ electione ⁊ iurisditione.

licz grauiter peccet [a]: nullius tñ notã irregularitatis [b] incurrit: nec eligere [c] prohibet̃ vel ea que rõne iurisditiõis [d] sibi cõpetũt exercere. ¶ Si tñ scienter [e] talis electus fuerit: eius electio est irritanda pro eo ꝙ ad susceptionẽ eoꝝ eligitur a quorum perceptione a sanctis patribus [f] est ꝑuatus [g]. ¶ Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata virtutis nõ carent [h] effectu: cuz non videat̃ a collatione sed participatione sacrõruz que in sola cõsistit pceptione: remotus. ¶ Dummodo [i] non

¶ No. ex h. c. ꝙ ea q̃ sunt iurisditiõis actiue põt exercere excõicat[9] minori. Abbas.

a ¶ Si celebrat. ¶ Hec decre. quo ad materiã suam est celebrior ⁊ famosior qualibet alia. nam infinita iura sunt loquẽtia de excõicatione maiori que infert̃ ab hoie: vt in. c. si quẽ. de sen. excõ. sed de minori que infert̃ a iure: vt in. c. nuper. de sen. excõ. sunt iura paucissima ⁊ aperte non prouidẽtia sicut hoc. c. Et põt sic diuidi. Primo tractat de validitate gestoꝝ circa spũalia per excõicatum excõicatione minori. Scd'o ibi [Si tñ.] tractat de his que gerunt̃ ad cõmodum eius passiue. Tertio tractat de gestis ab eo actiue in alio sacramento. ibi [Peccat autẽ.] Ultimo quãdaz limitationem summittit. ibi [Dummodo.] Abbas.

a ¶ Peccet. De hoc autẽ punictur ad arbitrium sui prelati: cum certa pena hic non statuatur. ar. s. de offi. deleg. de causis. ⁊ xxvj. q. vij. tempora.†

†¶ Con. l. prior ibi Bar. ff. de iniur. idez f. l. j. ff. vi. bo. ra.

b ¶ Irregularitatis. Quia ꝓpterea non impediret̃ ab aliqua promotione eo absoluto: secus si maiori sententia sit ligatus: tunc dz deponi: nisi cum eo fuerit dispensatuz. s. co. latores. postulastis: ⁊ quasi per totum. Hic ergo determinatur quod olim dubitabatur: scilicet vtrum talis irregularitatem contraheret.

¶ Glo. ista signat contrarium sol. ex solutione infert. q. rationis. cui rñdet cui rñsioni opponit / ⁊ soluit.

Suspẽsus an possit eligere et eligi.

c ¶ Nec eligere ꝓhibetur. Sed ꝯtra. s. de elec. cũ inter. R. ⁊. s. de cõsue. cũ dilectus. vbi dr̃ ꝙ suspensus / nec eligere / nec eligi põt. s. de ꝯcel. ꝑbẽ. qr diuersitatẽ. hic ꝟo dicit̃ ꝙ talis suspensus eligere põt: licz non eligi. Sed illa ⁊ oia cõsimilia: vt. s. eo. c. ij. intelligunt̃ de suspensis ab hoie. illi eni eligere non pñt: ⁊ irregularitatẽ incurrunt diuina officia ꝑsumendo. s. e. latores. s. de eta. ⁊ quali. cum bone. hic ꝟo loquit̃ de excõicatis siue suspẽsis a canone ꝓpter solã participationẽ: qr ꝫm canones qui participat cũ excõicatis excõicatus est / siue suspensus a sacramentis ecclie que suspensio / siue excõicatio appellatur minor excõicatio: vt iij. q. iiij. engeltrudã. Sed eadem pena est in suspẽso ab homine ⁊ a canone al's q̃z per participationẽ: qr vtroqz casu priuatus est cõmunione sacroꝝ ⁊ diuinis officijs. s. de re re iudi. cũ eterni. ⁊. j. de sen. excõ. cum medicinalis. li. vj. et qui suspẽsus celebrat est irregularis: vt ibi dr̃. Que est ergo ratio ꝙ in vno eligere possunt: in altero nõ. Põt dici ꝙ ideo: qr plus cõtempsit qui fecit contra legẽ animatã q̃z q fecit cõtra legẽ mortuã qr contẽnendo iudicis pceptuz qd' est factum legis auctoritate: ⁊ ipsam legẽ offendit: ⁊ ideo plus punitur: ⁊ ideo dr̃ ꝙ mitius agit̃ cum lege q̃z cũ ministro legis. ar. ff. de arbi. l. celsus. ⁊ vox viua magis timẽda est q̃z vox mortua. ⁊ ei potius credi dz. in auc. de istru. cau. in fi. §. si ꝟo aliquid. col. vj. ⁊ ita in casu hmõi capituli non est irregularis qui celebrat. suspensus autẽ ab homine ⁊ a canone si celebrat est irregularis. in consti. Innoc. iij. s. de sen. ⁊ re iudi. cum eterni. ⁊. j. de sen. excõ. cum medicinalis. lib. vj. Sed que est ratio ꝙ suspensi per participationem excõicatorum possunt eligere: alij suspensi non possunt: Ratio est: qr suspensi per participationẽ nõ sunt suspensi vel interdicti a diuinis officijs: sed priuati sunt cõmunione sacramentoruz per canones: ⁊ etiam propter peccatum: sicut ⁊ alij in mortali cõstituti non sunt exclusi ab electione. s. de elec. illa. ⁊ ideo possunt eligere. Nec sunt irregulares si celebrant: vt hic dr̃. Et eadem rõne dbẽt ex se eligi: cũ nõ sint suspẽsi a diuinis: ratio redditur in lr̃a vbi dr̃ eius electio est irritãda ꝓ eo ꝙ eligit̃ ad susceptionẽ eoꝝ. i. sacrorũ: a qbus est priuatus a scis pr̃ibus: qcũqz enim eligit̃ ea suscipe tenet̃: ⁊ qlibet fidelis. j. de pe. ⁊ re. oĩs vtriusqz ⁊ qr illis priuatus est non põt eligi ad ea: etiã si penitentiã egisset de peccato nisi prius absoluatur ab illa suspensione que inflicta est per canones. xj. q. iij. excõicatos. ⁊. c. cum excõicato: qst non est de alijs criminosis qui per penitentiã restituti sunt ad pceptionem sacrorum. a quoruz perceptione priuati erant propter peccatum. Ber.

Iudicem cõtẽnẽs legẽ offẽdit.

d ¶ Iurisditionis. Minor ergo excõicatio nõ repellit a iudicio nec ab agẽdo: sed ab illis tm̃ ꝓhibet que ptinent ad offm̃: idem dico in suspẽso ab hoie nisi sit suspensus tã ab officio q̃z a iurisditione: tunc priuatus est spũali ⁊ tpali iurisditione. fi. s. de elec. trãsmissam. vbi electus ⁊ cõfirmatus põt facere ea q̃ sunt iurisditionis ⁊ nõ ordinis. B.

Excõicatio mi[nor] a qui[bus] repell[it]

¶ Glo. seq. querit / ⁊ arg. ⁊ sol. scd'o querit / ⁊ arguit.

e ¶ Scienter. Sed qd si electores eligãt aliquẽ excõicatum minori excõicatione quẽ ipsi ignorant excõicatũ: nunquid valet electio: Ar. est ꝙ sic ex eo ꝙ dicit scienter: sed non credo: qr ignorantia eoꝝ non facit eum habilem. s. de elec. innotuit: ⁊ cã ꝓhibitionis hic signata nihilominus remanet. vnde supple maxime: vel potius qd' dicit sciẽter referas ad ipsum excõicatum minori excõicatione: puta qr scienter participauit excõicatis. Sz nunqd priuati sunt iure eligendi qui talem scienter eligunt. ar. ꝙ sic. s. de ele. cum in cunctis. ⁊. c. scriptum. in fi.

f ¶ Patribus. xj. q. iij. excõicatos. ⁊. c. cum excõmunicato. iij. q. iiij. engeltrudam.

g ¶ Priuatus. Hec est cã ꝓhibitionis qr cũ sit priuatus sacris ad ea eligi non põt: ⁊ est simile illi qui non est capax nõ põt ex testõ aliqd pcipere. ar. ff. de ꝓba. q testm̃. ⁊. ff. de iure fis. nõ intelligitur. §. siqs palã. ⁊. l. ita fidei. hoc enim esset circũuenire legem: vt ibi dicitur. Et sic est arg. ꝙ si aliquis prohibetur vna via non est admittendus ad id alia via. s. de procura. tuc. cum suis concor.

h ¶ Non carent. Bñ dicit qr sacra a quocũqz licz criminoso recipiẽda sunt ⁊ valent. xv. q. vlti. c. vlti. dũtñ tolerer̃ xxviij. di. cõsulendum. ⁊. s. de coha. cle. ⁊ mulie. c. vestra: qr licz sit suspensus a pceptione sacroꝝ non tñ quo ad collationẽ: vt hic dicit: qr licz sit suspensus quo ad se: non tñ quo ad alios. arg. s. de coha. cle. ⁊ mu. c. fi. qr excõicati etiam cõferunt ordines. s. de or. ab epo qui renũ. epis. c. ij. licz non conferant executionẽ: sed isti participantes conferunt executionem: ⁊ ideo dicit virtutis non carent effectu: quicunqz enim habent executionem eam conferre possunt. ⁊ sic est arg. ꝙ excõicatio non transit in tertiam personam. Ber.

¶ Glo. seq. ponit tres lecturas illius versiculi dũmodo.

i ¶ Dũmodo. Hec determinatio dũmodo: respicit quod

dicit non videt amotus a collatione rc. q. d. si ex contẽptu ꝛ cõtra ꝓhibitionem superioris ingerit se cõioni excõicato: hoc ipso intelligit remotus a collatione sacrox ꝑpter suam pertinaciã ꝛ contẽptum. arg. s. eo. c. ij. ꝛ ita ex ꝑpria culpa incipit esse suspẽsus: sicut qui non est excõicatus ex contẽptu est excõicatus. xj. q. iij. §. cuj ergo. in fi. ꝛ. xxiij. q. iij. notandũ. in fi. ꝛ. j. de sent. excõ. per tuas. ꝛ est ar. bonũ ad hoc. j. de exces. pla. c. vlti. de illo excõicato qui violauit interdictuj: li ipso suspẽsus fuit: ꝛ ideo alios excõicare vel suspẽdere non potuit: vt ibi di. Uñ tanq̃ suspẽsus in cõferẽdo ecclasiastica beneficia non ꝯfert effectum virtutis sacramẽtox. s. executionej ordinis que est effectus ordinis: lꝫ cõferat characterej si in forma ecclie ꝯferat: ꝑterq̃ in baptismo: qꝛ a quocũq̃ detur in forma ecclie prodest ad salutẽ quo ad oẽm suum effectum. s. de sum. tri. ca. j. ad fi. qꝛ illud est sacrm necessitatis: qd non ꝯtingit in alijs sacramẽtis. s. de ꝯsue. quãto. Et ita ꝑpter contẽptum supiox debet excõicari: vt hic di. Quidaj hoc intelligunt: cum superior in ꝑcepto facto participãtibus excõicato hoc interdicit suspendẽdo eos si ꝯtrafecerint: sꝫ de hoc nemo dubitat. Uel posset dici: q̃ tũc primo remotus est a collatione: cuj fuerit excõicatus ꝑpter ꝯtẽptum. Et sic planum est.

in contẽptum ecclesiastice disciplinae: videlicet ꝯtra ꝓhibitionej superioris cõmunioni excõmunicatorum pertinaciter[a] se ingesserit: in quo casu est anathemate feriendus.

ℭ De clerico non ordinato ministrante.

Hormisda papa.

ℭ Clericus ministrans in ꝑtinentibus ad ordinej quẽ nõ habet deponendus est: ꝛ amplius non ordinandus. Cap. j.

Si quis baptizauerit[b]: aut aliquod diuinum officiuj exercuerit nõ ordinatus: propter temeritatej abyciat de ecclesia: ꝛ nunq̃ ordinetur.

Urbanus. iij. Legioñ. epo.

ℭ Diacon[9] missam celebrãs ad sacerdotium non promouetur ꝛ a diaconatu suspenditur ad tẽpus: sed in beneficio poterit ad tempus dispẽsari.

Inter dilectos filios.B. et.P.canonicos Pictauen.sup succẽtoria Pictauẽ. ecclie qstione suborta vtroq3 asserente succẽtoriam ipsam se per Pictaueñ.cantore3:ad quẽ eius donatio pertinebat canonice assecutum:t infra. Nos igit attestationib9 vtriusq3 partis inspectis:inuenimus esse pbatum eũdem.P. publicum aleatorem[e] esse:ac vsurariu3 manifestum:vtpote qui vndeci3[f] denarios pro xij.mutuauerat in ludo.Unde l3 ad palliandũ tante presumptionis excessum proposuerit:q hoc fecerit iuxta cõsuetudinem gallicorum clericorum:qua fere vniuersi clerici mutuant sic frequenter t ludunt.Nos tamẽ qui ex officij nostri debito peste3 huiusmodi extirpare pponimus:atq3 cu3 psonis vilibus t indignis patere nõ debeant porte dignitatũ/iuxta legitimas sanctiones.Preterea ptra pfatũ B.fuit pbatũ:q de pscietia iudicum vltima clausula non fuerit inserta in lris eorũdẽ:sicut per ipos depõnes expressit euidẽter:pter qd pars altera pponebat:q pdictus B.visus fuerit literis sic falsat3:t ideo tanq3 falsarius debeat repelli.papa tñ cõsiderauit:q l3 constaret de dicta clausula q in illis literis fuisset apposita pter pscietiam iudicis:tñ fides facta non fuit:q dict9.B.illã clausula3 apposuerit vel pcurauerit vt ab alio poneret:vel etia3 q sciẽter visus fuerit lris sic falsatis.Unde papa ab hui9 falsitatis obiectu absoluit eũdem:maxime cu3 post huiusmodi obiectum eis vti noluerit:sed qr per depositiones duoz testium pstiterat:q cõcessio facta.P.predicto pcesserat pcessione3 postmodũ factã B.predicto.decernit ipsam irritam t inanem:t qr cantor ita incõstãter se habuit in hoc facto:vt pmã donatione nõ cassata scdam facere attẽtauit:vt puniat in quo peccauit.Dñs papa priuat ipsum potestate pferendi hac vice succẽtoriã ipsam:mãdãs iudicib9 quatenus eãdẽ auctẽ aplica psone idonee assignare pcurent.Nota q aleator publicus t vsurarius publicus repellit a dignitate obtinẽda:nõ obstãte psuetudine aliqua.Item nemo auctẽ vel psuetudine d3 vsurpare delinquẽdi licẽtia3:qr pter hoc magis punitur.Itẽ vilibus psonis t indignis/dignitates nõ sunt cõcedẽde.Itẽ iudices pñt ferre testimoniũ de his que cora3 eis facta sunt:t per eos.Itẽ nõ pbat hoc esse q ab hoc cõtingit abesse:t sic dubia pbatio non nocet.Item nõ punit qui falsis lris nõ vtit:postq3 sibi opponit.Itẽ duo testes sufficiũt.Itẽ prima electione nõ cassata attẽtari nõ debet scda cum fiat de re nõ vacãte:t ideo nulla vt hic. Itẽ punit elector:qui pria sua electione nõ cassata scdam attẽtat.Itẽ puniri debet quis in eo in quo peccauit.

Inter dilectos. CASUS. Vacante succentoria Pictaueñ.cantor ipsius ecclie ad quẽ ptinet collatio succẽtorie:eam ptulit.P.canonico Pictaueñ.postmodu3 dicta collatione nõ cassata eãdem succẽtoriam contulit.B.canonico Pictaueñ. Unde orta questione iter eos causa cõmissa fuit super ipsa succẽtoria quibusdã iudicibus delegatis:corã quibus petijt vtraq3 pars electionem de se factã pfirmari:t electionẽ alterius cassari.lite ptest.t testibus hincinde receptis cã delata est ad dñm papa3. Preterea iudices quasda3 lras pcesserũt partibus in quibus queda3 clausula in lris illis vltimo fuit apposita.pponebat ptra dictũ.B.q illa nõ fuerit apposita de pscientia iudicis:t sic falsauerat lras illas:t q visus fuerit lris sic falsatis:t super hoc deposuerũt iudices qui lras pcesserant. Dñs papa attestationibus vtriusq3 ptis inspectis inuenit pbatum dictum Petrum publicũ aleatorem esse:ac publicũ vsurariũ qui.xj.pro.xij.mutuabat in ludo.Ipse vo in sui excusationẽ allegabat psuetudinem gallicoz:quatenus clerici sic mutuãt frequẽter t ludũt:sed papa illa3 psuetudinẽ penitus reprobauit:cum in illis magis sit puniẽda offensa per quos delinquẽdi auctoritas vsurpat. Unde q ptra dictum.P.de succẽtoria ipsa factũ est pter indignitatẽ t vilitatẽ ipsius decreuit Dñs papa irritãdũ.

Inter dile. Ab obtinẽda dignitate repellit vsurarius t publicus aleator.h.d.Diuidit. Nam primo narrat decisse factũ.Scdo diffinit.ibi Nos igit. Que sbdiuidit. Nã pma diffinit de.P.Scda diffinit de.B.Tertia de cantore.Scda ibi Preterea. Tertia ibi Quia vo. Abb.

e Aleatorem.Qd hodie phibet.s.de vita t hone.cle.clerici.Tñ videt q pter h nõ d3 priuari iure suo:si vellet se corrigere.xxxv.dist.c.j.Ide3 videt de vsura.xlvij.di.c.j. Sed aliud est in obtẽto:aliud in obtinẽdo:pter vsuram indistincte repellitur ab obtinendo.lxvij.dist.de Petro:t hic.sed in obtẽto bñficio potest eps facere gratiã:si se libenter corrigat.De iure tamẽ potest deponi.xliij.q.iiij.siquis oblitus.t.c.quoniam multi.Bern.

f Undecim.Hec vsura centesimam excedit:qm̃ illa in

C. Iter ctos. rari9 lis p et inc ad o dũ a digni t fact ter.q rari9 famile iure. Usur tesim

simo sorti adequatur. de vsur. cos. ff. de condi. inde. si non sortem. hec vsura vna die posset excedere sortem.

a ¶ Ludos voluptuosos. Conuiuij tamen causa ludere licet. ff. de aleato. quod si conuiuio.

b ¶ Deueniť. Est ergo ludus noxius cũ affectu in culpa ff. ad. l. aql. nã ludus.

c ¶ Excusandas. hec verba posita sũt. xvj. q. j. predicator. ⁊ .s. de consuetudine. quãto.

d ¶ Auctoritas vsurpatur. Qui peccatum suũ defendit auctoritate/seu consuetudine magis peccat. ⁊ ideo magis puniri dz. xxxiij. q. iiij. nemo. ⁊ hic. ⁊ d pe. di. vj. c. j. in fi. Ber.

e ¶ Dignitas. Ar. q succẽtoria ẽ dignitas.

f ¶ Sanctiones. C. de dig. neqz famosis. li. xij. C. de ifa. l. vna. li. x. fi. s. de iureiuran. querelam.

g ¶ Depositionibus. Vt. s. de elec. cũ dilectus. Not. ergo q iudex de eo qd fit coraz eo potest in testem duci. Bern.

¶ Glo. seq. alle. si'e. signat cõtrariũ/⁊ sol.

h ¶ Vel procurauerit. Si. s. de resti. spo. cũ ad sedez. in fi. lz. n. iste obtinuerit lr̃as: ⁊ vsus fuerit eis: nõ tamen p̃sumitur q eas falsauerit: sicut nec ibi presumiť vi deiecisse: lz ipse possideret. ⁊ aduersarij probassent se expulsos. dolus enim nõ ex p̃sumptiõibus: sed ex pspicuis idicijs pbari dz. C. de do. dolum: vnde qui dolũ allegat dolũ pbare teneť. ff. de pba. quoties §. qui dolo. Sed cõtra ar. habes. s. de cri. fal. ad falsarior. vbi dr̃ q postq̃ lr̃is falsis vsus fuerit: nõ poterit pretendere excusationez: vt hic vsus est falsis literis: nec tñ ex hoc punitur solũ: illud speciale est in literis domini pape que prius diligenter examinãde sunt/nec pena illa ad literas aliorum prelatorũ extenditur: imo ⁊ aliud speciale est in illis quod non in alijs: quia ibi traditur curie seculari statim: sed alij non traduntur.

¶ Glo. sequens. querit ar. pro/soluit contrarium.

i ¶ Postmodũ. Vnde nõ valuit prima nõ cassata. sic. s. de cõces. p̃ben. post electionez. in fi. Sed qd si prima nulla fuisset ipso iure. puta q persona fuit indigna: ⁊ scienter electa: nunqd valuisset scd'a? Videť q sic. s. de elec. bone. j. et s. de ap. cõstitutis. ⁊ .s. de iurepa. illud. ⁊ c. cũ laici. Sz cõtrariũ est verum: q non valet scd'a: qr ipso iure priuatus fuit eligendi potestate illa vice: vnde scd'a non valet. s. de elec. cũ in cunctis. ⁊ c. cum vintonieñ. ⁊ c. scriptuz. in fi. s. de supplen. negli. plato. lz. ⁊ c. vlti. Sed. c. illa. illud. ⁊ c. cũ laici. contradicere videť. qr ibi ab eadem psona facta fuit p̃ma concessio: ⁊ scd'a. ⁊ tñ tenuit scd'a. Sed ibi illa ꝯcessio prima facta fuit de re nõ vacante quare nulla. preterea. laicis variare licz: sed nõ clericis. sed hic nõ fuit p̃uatus ipso iure. qr nõ fuit notoriũ primã nõ tenuisse: ⁊ ideo priuatur per sniaz: qr forte ignorauit ipsum talẽ fuisse: ⁊ nõ licuit ei variare. Bern.

ludos voluptuosos[a]: occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis materiaz deuenitur[b]: penitus improbamus excusationem predictaz: que per prauam consuetudinez: que corruptela dicenda est † palliať: friuolaz reputantes: cũ in illis magis plectibilis sit offensa: per quos ad excusandas[c] excusationes in culpis delinquẽdi auctoritas[d] vsurpať: qd circa eundem. P. de succẽtoria factum esse dignoscit ppter indignitatẽ ⁊ vilitatẽ ipsius duximus irritandũ: cũ personis vilibus ⁊ indignis porte dignitatis[e] patere nõ debeãt iuxta legitimas sanctiones[f]. Preterea cõtra prefatuz. B. fuit manifeste p testes pbatum q de cõscientia iudicum vltima clausula inserta non fuerat in literis eorũdem: sicut in ipsoruz depositionibus[g] exprimitur euidẽter: ⁊ infra. Unde pars altera proponebat: q cũ predictus. B. scienter vsus fuerit literis sic falsatis: debeat tãq̃ falsarius omnino repelli. Uerum nos attendentes q si constaret q dicta clausula literis illis fuisset apposita preter conscientiam iudicum predictorum: quia tamen fides facta nobis non fuit q dictus. B. illam clausulam apposuerit vel procurauerit[h] vt ab alio ponere tur: vel etiaz q scienter vsus fuerit literis sic falsatis: ab huiusmodi falsitatis obiectu eundem duximus absoluendum. maxime cum postq̃ sibi hoc obiectum fuit preter miserit vti eis: ⁊ infra. Cum igitur per depositiones duorum testium nobis constiterit † q cõcessio. P. facta precesserit: quãq̃ propter indignitatem eiusdem meruit reprobari: cõcessionez postmodum[i]. B. factam irritã[k] decernimus: ⁊ inanẽ. ¶ Quia vero cantor adeo incõstanter se habuit in hoc facto: vt prima donatione non reprobata scd'am facere attẽtauerit: ⁊ dignum sit vt in eo quis puniatur in quo[l] visus est deliquisse: in hoc eius duxim' varietatis inconstantiã puniendaz † vt cõcedendi succentoriã ipsam hac vice[m] nullam hẽat facultatẽ: presentiũ vobis auctoritate mandantes: cõcedimus quatenus eandẽ auctoritate nostra suffulti psone idonee assignetis.

Variatio laicis permittitur.

† ¶ Con. text. in .l. vbi numerus cũ cõcor. C. de testi.

No. q secunda sit nulla. signat ꝯtrũ. dat solonẽ icertaz secũdo signat ꝯtrũ ⁊ sol.

† ¶ Tex. est in fi. in l. in cãc et ibi Bart. ff. de pcu.

k ¶ Irritam. Ergo fuit hec scd'a electio irrita ipo iure. vt vr̃ p hãc literã. qd est verum. qr prima non cassata. secũda potuit nec debuit attẽtari: ẽt si prima ipo iure nulla fuisset vt dictũ est in pri. no. qr functus erat officio suo eligẽdo illũ. P. ⁊ sic succẽtoria nõ vacabat. vñ iste. B. electus fuit ad dignitatẽ non vacantẽ: quare nulla fuit electio. arg. cõtra. ff. de verb. oblig. si dari stipuler. vbi pẽdente p̃ma stipulatiõe que elidi poterat: tenet scd'a stipulatio. sed valde sunt ista dissimilia. Itez signatur cõtrariuz huic verbo irritã. s. de ele. cõsiderauimus. ⁊ c. auditis: ⁊ ibi vtraqz cassatur. hic vero diuersus est casus. ibi facte fuerũt electiones a diuersis partibus. hic ab vna ⁊ eadem persona que variare non potuit: vt dictum est.

l ¶ In quo. Sic. s. de temp. or. literas. et s. de iurepa. pastoralis. ⁊ .s. de cle. excõ. mi. postulastis.

m ¶ hac vice. Tm̃. s. de electio. cum in cunctis. ⁊ c. cũ vintoñ. vnde si istorum electio quibus scribitur non haberet effectum statim posset iste eligere. Bern.

Idem in concilio generali.

¶ Cognoscere de causa matrimoniali: item penitentias publicas: ⁊ indulgentias concedere spectat ad dignitatez epalem. Unde inferior prelatus de his se intromittere non debet: nisi eis competat de iure speciali. Capitu. xij.

Accedentibus ad nos de diuersis mũdi partibus

Accedentibus. ¶ CASUS. Epi in cõcilio generali cõstituti conquesti sunt de abbatibus q ipsi suis terminis nõ cõtenti manus extendunt ad ea que ad ipsos pertinere noscunť. videlz cognoscẽdo de causis mr̃imonialibus: iniũgẽdo penitentias publicas: cõcedendo literas indulgentiaz: ⁊ similia presumẽdo. ppter que auctorita s

epalis vilescit interdum apud multos volens concilium episcopoꝝ dignitati ⁊ abbatū saluti in his ꝓuidere ꝓhibuit ne decetero aliqs abbatum ad talia se extendat si ꝓprium periculū voluerit euitare nisi forte aliquis ipsoꝝ speciali concessione vel alia legitima causa sup hmōi valeat se tueri. ¶ Nota ꝙ ista que hic ꝓhibentur abbatibus de iure cōi ptinēt ad epos. Itez nota ꝙ abbates ista prescribere pnt.

¶ No. ex h ter. ꝙ qdā sūt spectantia ad dignitatez epalē q inferiori prelato nō cōpetunt. vt sūt tria h expssa ⁊ d silibus. Abbas.

¶ Accedentibus. ¶ Abbates de mrimonijs cognoscere: et publicas penitentias iniūgere: ⁊ literas indulgentiarū ꝯcedere nō possunt nisi eis cōpetat de iure speciali. h.d. Primo ponit episcopoꝝ querelam cui secundo prouidet. ibi [Volentes.] Abbas.

a ¶ Non contenti. Cum quilibet suis finibus contentus esse debeat: nec terminos patrū transgredi debet. s. de sepultu. c. j. ⁊ xx. q. ij. c. j. ⁊ seque. ad idem eque possunt induci. xiij. questi. j. c. j. ⁊ s. de statu monacho. recolentes.

¶ Glo. seq. signat cōtrarium / ⁊ soluit.

b ¶ Dignitat. Que enumerant. lxviij. di. quis. cor episcopis. ⁊ c. cor episcopi. ⁊ sic videtur per hanc constitutionem ꝙ cognitio causarū matrimonialiū ad episcopū de iure cōmuni spectat. ar. xxxv. q. vj. multorum. ar. cōtra. s. de cōsangui. ⁊ affi. ex literis. Dicas ꝙ alij prelati qui cognoscunt de causis matrimonialibus: siue sint abbates / siue alij faciunt ex cōsuetudine prescripta / siue speciali concessione ſm ꝙ hic in fi. dicit. ar. s. de prescrip. auditis. al's de iure cōmuni ad solum episcopuz hoc spectat vt hic patet ⁊ l. di. in capite. ⁊ s. de offi. ordi. c. j. Bern.

c ¶ Publicas penitentias. Hoc ad solum episcopuz pertinet. l. distin. in capite.

d ¶ Legitima. Puta cōsuetudo ꝑscripta que dat iurisdictionē. s. de offi. archi. c. vlti. ⁊ s. de ꝑscrip. auditis. s. de fo. cōpe. cum contigat. s. de offi. ordi. irrefragabili.

epoꝝ querelis intelleximus graues: ⁊ grandes quorūdaz abbatū excessus qui suis finibus non ꝯtenti[a] manus ad ea que sūt epalis dignitatis[b] extendunt: de causis mrimonialibus cognoscēdo. iniūgēdo publicas penitētias[c]: ꝯcedēdo et indulgētiaꝝ lrās: ⁊ similia ꝑsumendo: vñ cōtingit interdū ꝙ vilescit epalis auctoritas apd multos. ¶ Volētes igit in his ⁊ epoꝝ dignitati ⁊ abbatū ꝓuidere saluti pñti decreto firmiter ꝓhibemus: ne qs abbatuz ad talia se ꝑsumat extēdere si ꝓpriū voluerit periculū euitare: nisi forsan quisq̄ coruz speciali cōcessione / vel alia ltīma[d] cā super hmōi valeat se tueri.

Hono. iij. P. ti. scē Prudentiane presbytero cardi.

¶ Ad reuelandum peccatorem siue peccatum in penitētia confessum sacerdos compelli non potest. Caplm. xiij.

Dilectus filius Ioānes presbyter exposuit cōquerendo ꝙ rectores fraternitatis vrbis ipsum ad reuelandum fures: ⁊ qd sup quodam furto sibi tanq̄ sacerdoti fuerat reuelatuz: vel ad satisfaciendum exinde dānum passo arctare nitētes: in euz: nisi alteruz premissoꝝ efficeret: tulerunt sententiaz interdicti. ¶ Quia igitur perniciosum esset predictū presbyterum sibi taliter credita reuelare[e]: ac cogi ad id qd non rapuit[f] exoluēdū. ¶ Discretioni tue mādamus quaten᷒ prefatos rectores corā te cōueniens iniungas eisdem vt a memorati p̄sbyteri grauamine penitus conquiescant.

Idem preposito. R. ⁊ I. archidia. Suession.

¶ Priuati homines regulariter nequeunt constituere collegium: et habere signa collegij nisi eis aliter conce/datur. Capitulu. xiiij.

Dilecta in chrō filia abbatissa Iotreñ. nobis insinuare curauit: ꝙ cum presbyte-

Dilectus. ¶ CASVS. Quidā fecerant qddam furtum qui vt dicebat confessi fuerant sup furto Ioāni presbytero in penitentiali iudicio rectores fraternitatis vrbis cōpellebant dictū presbyterum Ioannē ad reuelandū fures: ⁊ eo qd sibi super furto fuerit reuelatum: vel ad satisfaciendū exinde dānum passo: ⁊ nisi alterum predictorū faceret tulerunt in ipsum sniam interdicti ꝓpter qd dictus sacerdos cōquestus est dño pape: qꝛ pniciosam esset dictū presbyterū reuelare taliter sibi credita ad soluendum id qd non rapuit. mandat papa cardinali sancte Prudentiane p̄sbytero suo vicario. Quatenus p̄dictos rectores corā se venire faciat: ⁊ iniungat eisdem vt a grauamine p̄sbyteri memorati super hoc penitus conquiescant. ¶ Nota ꝙ sacerdos cōpelli non debet vt reuelet sibi in penitentia credita. Item non debet quis puniri in eo in quo non peccauit.

¶ Dilectus. ¶ Primo ponit querela p̄sbyteri cui scdo prouidet expressa cā. ibi [Quia igit.] Ab.

¶ Glo. ista ꝓbat dupliciter hunc cogi nō potuisse. signat cōtrariū / ⁊ remittit. in scdo querit argu. ⁊ sol. dupliciter legendo.

e ¶ Reuelare. Ad hoc cogi nō poterat: qꝛ ſʒ leges nemo pōt compelli ad furez indicandum. ff. de ꝑscrip. ver. solent. ⁊ ff. de cōdi. ob tur. cau. idem. §. si tibi. ar. s. de furtis. qui cum fure. sed ibi soluitur. Sed alia ratione non debuit cōpelli: qꝛ qui peccatorem in penitentia cōfessum publicat: per munduz cōpellitur peregrinari: vt dicit decre. de pe. di. vj. sacerdos. hodie ꝓo deponi dʒ ⁊ in monasterium detrudi. j. de pe. ⁊ re. ois. Sʒ nūc quid ille sacerdos fuit suspensus qꝛ non faciebat alterū qd precipiebat. Videtur ꝙ sic. xj. q. iij. sententia. sed non videt duplici de causa. quia ipse nō sciebat furtū illud: et homo. ⁊ de tali pōt intelligi contrarium signatum. s. de furtis. g cum fure: sed vt deus. s. de offi. or. si sacerdos. ⁊ in hoc maior erat ipsis rectoribus. ar. xciij. di. c. vlti. ⁊ xciij. distin. c. j. qꝛ dei legatione fungitur. ergo ipsum interdicere / vel excōmunicare non poterant. s. de ma. ⁊ obe. cum inferior. et xxj. di. inferior. Item qꝛ ista snia cōtinebat intolerabilem errorē: vnde non tenuit. j. de sen. excō. per tuas: vnde papa non dicit ꝙ absoluatur: sed ꝙ illi desistant a grauamine qd de facto inferebāt: ⁊ qꝛ iniquū erat vt teneatur reddere qd non rapuit: ⁊ ita quantū ad vtrāq̄ partez disiuncte non valuit interdictū: vel qꝛ sub conditione tulerunt non tenuit interdictū. ⁊ ipse sacerdos pendēte conditione conquestus fuit pape perinde fuit ac si appellasset: vnde suspensum fuit interdictū. s. de ap. dilectis. ij. ⁊ papa mādat ipsum vlterius non molestari: sic excōmunicatio sub ꝯditione suspenditur per appellonē. s. de appel. ꝑterea. ij. B.

f ¶ Qd non rapuit. Nisi illud a raptore sciēter suscepisset. tunc eni cōpelleret: qꝛ tenet illud restituere cum succedit in vitium. s. de resti. spo. sepe. ⁊ s. de iudi. qꝛ. V. ⁊ ff. de iureiurā. si duo. §. idē iulianus. ⁊ ff. de cōdi. fur. l. ij. ⁊ l. ex furtiua. ⁊ C. de fur. l. ij. ⁊ l. ciuile est. Bern.

Dilecta. ¶ CASVS. Presbyteri ⁊ clerici Iotreñ. ecclie Meldeñ. dioce. ꝓpriū nō consueuerūt hēre sigillū: nec sint vnū corpus: ita ꝙ caplm appellent nihilominus ꝯtra volūtatē abbatisse Iotreñ. ecclie que est ipso

Cōfes... ne pu... cās q... punir...

rum caput τ patrona ꝓprium sigillū hře cōtendunt. vnde abbatissa significauit hoc do. pa. vnde papa mādat qbusdam. quatenus si cōstiterit ita eē dictis pſbyteris τ clericis auctoritate do. pa. ꝑcipiant expresse ne pſumant: vel de nouo fabricare sigillū vel vti eo si forte nouiter fuerit fabricatum. ℭ Nota ꝙ qui non sunt vnū corpus: nec faciunt vnū collegiū non debent habere idem sigillū. ℭ Dilecta. ℭ Non pñt subditi singulares in pīudicium plati eligere signa collegij. h. d. Prima ps ponit querelā. Scda dat iudices. ibi ⌊ Discretioni. ⌋ Abbas.

a ℭ Unum corpus. No. ꝙ qui nō sunt de vno collegio vel etiā de vna societate nō dicunt vnum corpus. vt hic pꝫ quia clerici isti erant clerici Jotreñ ecclīe: deseruiētes ibidem qui non dñr facere collegium: sed sunt ibi bñficiati lꝫ omnes subessēt abbatisse: vñ non sunt vnum collegium / siue vnū corpus: nec pñt cōstituere vnum ꝓcuratorē / siue actorē pro aliqua causa. ff. qđ cuiusq vniuersi. l. j. §. j. illi ergo soli faciunt vnū corpus: qui sunt in vno collegio vel societate. vt. l. predicta. Unde no. ꝙ corpus multis modis dr̄ oēs enim fideles possunt appellari vnū corpus siue vna ecclesia per fidē τ charitatē / siue pfectionem gratie. ꝫ. de sum. tri. c. ij. cuius caput est christus. iij. q. iiij. engeltrudā: ita ꝙ alter alterius onera portet. i. di. ponderet. Jtē collegiū / siue vniuersitas dr̄ vnū corpus cuius platus dr̄ caput. ꝫ. de his que fi. a pla. sine ꝯsen. c. nouit: τ tale corpus pōt habere sigillū. ꝫ. de ap. significauit. τ. lxxiij. di. in noīe. in fi. τ actorem: τ archam cōem. vt. ff. qđ cuiusq vniuer. l. j. sed cū isti clerici taliter non fuerint vnum corpus sigillum cōe hře non debebant: vt hic patet. Jtē vnum dicit corpus qđ vno clauditur spiritu vt homo / lignū / aīal. Aliud dr̄ corpus quod habet partes integrales / seu cohe rentes: vt domus. Aliud quod habet partes distantes. vt grex populus collegiū. ff. de vsucap. l. rerū mixtura. Si. n. petisti in iudicio corpus: qđ habet partes integrales vt domū: τ succubuisti. postea petas aliquid de domo. puta cementa / vel lignum. puta cum fuerit dissolutum a domo: non obstat exceptio rei iudicate. ff. de excep. rei iudica. si quis cum totū. §. itē si quis fundum. Si ꝟo petas totū corpus qđ habet partes distantes puta gregē. τ succubuisti. si postea petas aliqđ caput de grege: qđ fuit ibi: obstat excep tio. si ꝟo non erat ibi non obstat. ff. de excep. rei iudi. si cū argentū. §. j. Jtē epš cum caplo suo facit vnum corpus cuius ipse est caput / sed cū clero ciuitatis vel diocesis nō dr̄ facere vnū corpus: ꝫ. de testa. requisisti. §. secus. τ. j. de ver. signi. cum clericis. Sic abbatissa ista cū clericis ecclesie Jotreñs: lꝫ ipsa sit caput non facit vnum corpus.

b ℭ Inhibeatis. Sed quare ꝓhibet̄ istis habere sigillū cū quilibet possit habere sigillū. Ratio quare iā reddita est supius. qꝛ cū isti nō essent vnū corpus volebāt facere sigillū cōe tanq̄ essent vnū corpus / siue collegiū: τ p hoc videbat̄ fieri preiudiciū abbatisse: cui suberant quasi qđ per se forte expedirent negocia que sub ipsa vel auctoritate ipsius tractari debebant. qꝛ τ hoc pmisso aliud attentaret in pīudicium monasterij: sed si qlibet rector per se / vel cū collegio suo vellet hře sigillum non prohiberetur.

ri et clerici Jotreñ. ecclesie Meldeñ. dioce. non consueuerint ꝓprium habere sigillum: nec sint vnum corpus [a]: ita ꝙ capitulū appellaret̄. nihilominus ꝯtra voluntatem ipsius: que ipsoꝝ caput est: τ patrona sigillū hře ꝯtendūt: τ infra. ℭ Dis. v. mādamus quatenus si vobis constiterit ita esse: dictis presbyteris: et clericis auctoritate nr̄a inhibeatis [b] expresse ne presumāt / vel de nouo fabricare sigillum: vel vti eo si forte nouiter fuerit fabricatum.

Idem sancti Auberti archidiaco. abbati de Annona; et preposito Cameraceñ.

Grauem. ℭ CASVS. Archidiaconus Ambianē. veniens cōtra fidē prestitā τ debitā reuerentiam semel. τ scđo epm proprium dñm suum esse negauit. Jtem in foro seculari deposuit contra eum sup rebus spiritualibus qōnes. Jtē causaꝫ τ cōsilium prebuerit fratri ipsius archidiaconi τ cōplicibus suis aduersarijs epi τ inuasori episcopi τ sociorꝫ eius. ita cōtra fidelitatē in tribus peccauit. propter qđ episcop⁹ Ambia. grauem de ipso archidiacono coraꝫ do. pa. deposuit qōnem. vnde mandat qbusdaꝫ. quatenus si cōstiterit ipsum archidia. semel. τ scđo cōtra fidem τ reuerentiaꝫ pſtitū epm predictum dñm suum denegasse: vel in foro seculari cōtra ipsuꝫ super rebus spūalibus qōnem / vel cām τ consilium pbuisse aduersarijs epi cōtra ipsum eundē archidi. tanq̄ putridū membrū Ambiañ. ecclesia ppetuo abscindant τ beneficia sua per eos ad quos ptinet personis idoneis faciant assignari. ℭ Nota qualiter clericus punit̄ qui negat prelatum dñm suum esse. Jtē qui trahit ipsum in foro seculari pro re spūali vel qui facit cōtra fidelitatē perdere dꝫ feudum. Jtē plura narrantur quoꝝ alteruꝫ per se sufficit ad priuationem: ideo alterum probari sufficeret.

ℭ Qui contra iuramentum negat prelatum dñm suum: vel coram iudice seculari de ipso cōquerit̄: vel ipsuꝫ inuadit deponi debet. Caplm. xv.

Grauem τ dolore nō vacuam: τ infra. ℭ Dis. v. mādamus quatenus si vobis constiterit archidiaconū [c] semel. τ scđo cōtra fidē homagij [d] prestiti / ac debitā reuerētiā epm suum esse dominum negasse [e]: vel in foro seculari deposuisse [f] contra eum sup rebus spiritualibus questionē / aut tam inuasoribus epi: τ sociorꝫ eius q̄ fratri eius vel complicibus suis causaꝫ vel consiliū [g] prebuisse ipsuꝫ

ℭ Grauem. ℭ Primo decisse narrat factum: qđ sub triplici disiunctiua puniri mādat. ibi ⌊ Discretioni. ⌋ Abb. sic.

c ℭ Archidiaconum. Ambianeñ. scilicet.

ℭ Glo. seq. reci. potest signando / τ soluendo contrarium de regula vltima τc.

d ℭ Homagij. Homagium hic appellat fidelitateꝫ τ obedientiam quam ratione archidiaconatus prestitit episcopo: quod licꝫ. xxiij. di. quāq̄. ꝫ. de iureiur. nullus. al's non licet exigere homagium. j. de regu. iur. indignum. τ. ꝫ. de simo. ex diligenti. τ sic iste archidiaconus fidelitatem: τ debitam reuerentiam violauit multipliciter prout hic sequitur. merito ergo punitus fuit.

e ℭ Negasse. Ipso facto veniendo contra fidelitatem: τ debitam obedientiaꝫ dando consilium inuasori episcopi: τ fratri eiusdem archidiaconi contra ipsum epm: qui traxit ipsum ad iudicem secularem: τ ibi forte publice ipsum dominum suum esse negauit: τ ita semel: τ secundo venit contra fidem vnde puniri debuit.

f ℭ Deposuisse. Arg. est hic manifestum ꝙ sola conuentio sufficiat ad hoc vt cadat a iure suo: lꝫ non fuerit litem contestatus. De hoc dictum est. ꝫ. de so. cōpe. si diligenti: sed forte hoc est: qꝛ deliquit cōtra dñm suum: vnde fortius puniri dꝫ: ar. ff. de re mili. omne delictum. j. rñ. §. j. qꝛ ois cōtumacia aduersus presidē capite punienda est. vt ibi dicit. vnde iste ab omni officio: τ beneficio priuatur.

g ℭ Consilium. Si dedit consilium contra dñm suū: cui fidelitatē suam dꝫ seruare. venit contra fidem ꝓmissam: τ iuramentum fidelitatis. ꝫ. de iureiur. ego. N. τ. c. querelaꝫ.

ℭ No. ex hoc ter. ꝙ cps pōt: τ dꝫ dici domin⁹ subditorū. Et ꝙ subdit⁹ negās eū dñm suuꝫ dꝫ acriter puniri vt hic. Abb.

vnde indignus est beneficio: qd habet ab eo. et. xxj. questio. vlti. de forma: et ideo priuari debet bñficio. arg. xcvj. di. si imperator. et s̄. de postu. c. vlti. Sic enī iste ingratus fuit cōtra epm suū a quo beneficiū habuit: quare ipso priuari debuit s̄. de dona. ꝓpter eius ingratitudinem. C. de reuo. dona. l. vlti. B.

a ¶ Putridū. Ergo abijciendū est ab oui li ne inficiat sanas oues. s̄. de statu mona. ea que. j. respon. in fi. et. xlv. distin. sed illud et. xxiiij. q̄o. iij. resecande. Ex trib⁹ causis archidiaconus iste reddidit se indignū. Primo q: negauit episcopum suum dn̄m suū esse. Secundo q: traxit illum ad iudiciū seculare. Tertio: quia dedit causam/siue cōsilium contra dominū suum: et sic venit contra fidelitatem.

b ¶ Abscindatis. et ita per sniam perdit beneficia non ipso iure. sic qui trahit aliū in vetitum examen ꝑdit causam per sniam non ipso iure prout no. s̄. de foro compe. si diligenti. in glos. sed nunquid. Bern.

Nimis. ¶ Due sunt ptes. Prima narrat grauamina. Secūda ibi [Quo circa.] mandat abstinere. Abbas sicu.

c ¶ Nimis iniqua. In c. isto reprehenditur auaritia/siue prelatorū auiditas quā exercent contra viros religiosos qui omnia renunciauerūt ꝓpter deum in pluribus: vt in litera patet.

d ¶ Donatur. Hoc nullo modo debēt ꝑlati ecclesiarum sibi vsurpare: quod pia deuotione fidelium confertur religiosis in vita. s̄. de sepul. de his. et. s̄. de statu mona/cho. c. j. et hoc solum debent ibi habere qd

¶ No. ex c. nimis q religiosi ñ tenent obtemperarē epo ꝯ regulā eorū a se. apo. approbatā. et ꝯ statuta ordinis approbata. Ab.

tanq̄ mēbrum putridū a ab Ambianen. ecclesia ꝑpetuo abscidatis b bñficia sua faciētes ꝑsonis idoneis ꝑ illos ad q̄s donatio ꝑtinet assignari.

Grego. ix. vniuersis ecclesiarum prelatis.

¶ Ponit. xv. grauamina illa religiosis a q̄bus precipit prelatos abstinere. Cap. xvj.

Nimis iniqua c: et infra. ¶ Cū religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos: elegerint in paupertate christo pauperi ad placitū famulari: tanq̄ nihil habentes et oia possidentes: nō desunt pleriq; tam ecclīarum prelati q̄ alij: qui ceca cupiditate seducti ꝓprie auiditati subtrahi reputātes: quicquid predictis fideliū pietas elargitur: quietem ipsoꝝ multipliciter inquietant. ¶ Volunt nāq; contra regulam a se. apo. approbatam: et sui ordinis instituta ipsis inuitis eoꝝ confessiones audire: ac eis iniungere penitentias: et eucharistiam exhibere: nec volūt vt corpus christi in eorum oratorijs reseruetur: et fratres ipsorum defunctos apud ecclesias suas compellunt sepeliri: et eoꝝ exequias celebrari: et siq̄s decedentiū fratrum alibi q̄ in suis ecclesijs eligat sepulturam: funus primo ad ecclīas suas deferri cogunt: vt oblatio suis vsibus cedat. Nec sustinentes eos hr̄e campanā/vel cymiteriū benedictū: certis tm̄ tēporibus ꝑmittunt ipsos celebrare diuina. Volunt quoq; in domibus eorū certū numerum fratrū/sacerdotū/clericorum/et laicorū/nec non cereorum/lampadarū/et ornamentorū pro voluntate sua taxare: ac residuum cereorū q̄n nouiter apponuntur: exigunt ab eisdē. Nec ꝑmittūt q̄ noui sacerdotes eoꝝ alibi q̄ in ecclesijs suis celebrent primas missas. eos nihilominus cōpellentes: vt in quotidianis missis quas in suis locis: et altaribus celebrāt: oblationes ad opus eorū recipiant: et reseruent. quicquid etiā eis dum celebrant missarum solēnia intra domoꝝ suarū ambitū pia fideliū deuotiōe donatur d ab ipsis extorquere oblationis noīe cōtendentes: qd eisdē tam in ornamētis e altaris q̄ in libris ecclīasticis absolute cōferī vendicant ꝑperā iuri suo. ¶ Quocirca mādamus q̄tenus vniuersi et singuli a prenotatis grauaminibus desistatis: subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

Idē vniuersis ecclīaꝝ pla.

¶ Ponit. xij. grauamina ꝑdicatoꝝ: et minoꝝ: a q̄bus ꝑcipit ꝑlatos abstinē. Cap. xvij.

Nimis praua: et infra. Cum q̄daꝫ viri religiosi: vtputa fratres predicatores: et minores: quoꝝ ordinē: et regulam se. apo. noscit approbasse: in artissima paupertate christo pauperi famulētur: pleriq; prelati: et alij eos ad f synodos suas cogūt accedere: ac suis cōstitutionibus subiacere: nec his cōtenti capitula: et scrutinia ī locis fratrū pro his corrigēdis facturos se cōminantur: fidelitatē iuramēto g firmatā ab eorū ministris: et custodibus exigentes: eis quoq; vt tam extra ciuitates q̄ intra cuꝫ eis ꝓcessionaliter veniant ex leui cā mandantes excōicationis sniam fulminant in benefactores ipsoꝝ: et idipsū fratribus in locis cōminantes: eos de quibus dn̄o famulantur satagūt amouere nisi eis obediāt in oibus supradictis. Ad hoc ne frēs ad honorabiliores ciuitates: et villas: vbi religiose/ac honeste valeant cōmorari a pplīs deuote vocati accedere audeāt inhibē

canones permittunt. xviij. q̄o. ij. hoc tm̄. q̄ sit luminoso.

e ¶ In ornamentis. De his enim relictis et alijs que ad diuinum cultum pertinēt nihil percipere debent: quāuis de alijs rebus relictis in testamento possunt percipere suam partem. s̄. de testa. capi. vlti. et ideo ab his precipue: et ab alijs grauaminibus debent humiliter abstinere: cum omnia dimiserint ꝓpter deum. et elegerint in paupertate domino deseruire. j. capitulo pro xi. in prin.

Nimis praua. ¶ CASVS. Quidam viri religiosi. scilicet fratres predicatores: et minores quorum ordinem et regulam sedes apostolica noscitur approbasse: in altissima paupertate christo pauperi famulari elegerunt. sed prelati ecclesiarū et alij in multis articulis eos aggrauare nituntur et enumerantur in litera. vnde mandat papa: vniuersis prelatis ecclesiarū quatenus vniuersi et singuli a dictis grauaminib⁹ omnino desistant: et subditos suos arctius cōpescant ab hmōi.

¶ Nimis praua. ¶ Due sunt partes: vt in precedenti. Secunda ibi [Quo circa.] Abbas sicu.

f ¶ Ad synodos. Omnes enim religiosi qui populum non habent ad synodum ire non tenentur. arg. j. de priuileg. ex ore in fi. et. xvj. questio. ij. §. vlt. et. xviij. distin. in illa palea. episcopus cōsiliū turonen. est. De hoc dictū est. s̄. de off. ordi. c. dilectus.

g ¶ Juramēto. Ab alijs enim ministris/siue rectoribus ecclīarum: quibus animaꝝ cura cōmissa est hoc

¶ No. hoc tex. vbi fit n[...] tio de ꝑdi catoribu et minori[...] sp in ord[...] scripture mittunt dicatore[...] vt hic et [...] c. quoniā[...] de ele. lib[...] vj. et in o[...] bus loci[...] vbi de h[...] fit mēti[...] Et est [...] quia ord[...] predicato[...] rum fuit[...] mo appr[...] bat⁹ ꝑ c[...] rom. q̄ [...] do minc[...] rum: lꝫ p[...] rūꝫ añ fr[...] Joā. an. [...] recitat h[...] Joā. La[...]

ordo p̄- catorum it appro at⁹. M. .xv. anno o Hono- o.iij. qui ccessit inno. g p misserat se acturuȝ. ⁊ odē anno uit appro ata insti- atio mi- oꝝ. Ab. Iudei te- entur ad ecimas. ❡ Con. j. cuȝ no. bar. C. d ide. idē i iiij. C. de erc.

requirit. xxiij. di. q̄ȝ. ⁊. s. de iureiur. nullus. Ab huiusmo di f̄res p̄dicatores: ⁊ minores sunt exēpti. Et illud videtur intelligi de perpetuis rectoribus: sed isti non sunt perpe- tui: immo quasi annuatim mutantur.

a ❡ Fructib⁹. De his enim nullas religiosi decimas sol uere tenent̄. s. de de- cimis. ex parte. ⁊ le- prosi etiam lȝ nō sint p̄fessi de hortis deci mas nō soluūt. s. de eccl. edifi. cum dicat Apl's. De hortis er- go ⁊ de domib⁹ de- cimas nulli religiosi soluere debent.

b ❡ Iudeorū. Iu- dei enim de domib⁹ ⁊ aliīs possessionib⁹ si quas colant deci- mas soluāt. s. de de- cimis. de terris. ⁊. s. de vsur. quanto. †

c ❡ A prenotatis. In oīb⁹ enim supra- dictis p̄dicatores: et minores fratres exē pti sunt: nec possunt cōpelli ad aliqua su- pradicta faciēda.

tes: tam in accedētes fratres q̄ȝ in receptatores eoꝝ presu- mūt excōicationis sniaȝ pro- mulgare. Ab eis etiaȝ de hor- toꝝ fructibus [a] decimas: nec- non de habitaculis fratrum: sicut de iudeoꝝ [b] domibus cō tendūt redditus extorquere: asserēdo q̄ nisi fratres mora- rent̄ ibidem: ab aliīs habita- toribus ꝓuentus aliqui solue rētur: ⁊ vt ipsos sue subdant totaliter ditioni eisdem mini stros: ⁊ custodes volūt prefi- cere pro sue arbitrio volunta tis. ❡ Quo circa mādamus quatenus vniuersi ⁊ singuli a prenotatis [c] grauaminib⁹ de- sistatis: subditos vestros ab huiusmodi arcti⁹ cōpescēdo.

I dem archiep̄o Bracharē.

❡ Nō seruās interdictuȝ su- spensus est ab officio ⁊ bene- ficio: ⁊ omni iurisditione. h. d. s̄m vnū intellectū. Cap. xviij.

Tanta est clauis Petri: ⁊ infra. Ad confusionem P. ep̄i quondam Collubrieñ. nō potest in memoriaȝ nō ve- nire: quātum in nos: ⁊ eccle- siam Romanaȝ [d] deliquerit: despexerit petri claues [e]: ⁊ ec clesiasticaȝ leserit potestatē: cum nō soluȝ interdicti sentē- tiaȝ: quā seruauerat ab initio temere violauit: verūetiā in- ducit alios: imo compulit nō seruare [f]: ⁊ quos inducere mo nitis: et flectere minis ac ter- roribus ad violādam interdi- cti sentētiam nulla potuit ra- tione: post atroces iniurias: amissioneȝ bonoꝝ: spoliatio- neȝ parētuȝ: dignitatibus: pre bendis: et beneficiis spolians coegit miserabiliter exulare: ea suis in hac parte fautori- bus nō absq̄ꝫ p̄sumptione te- meraria ꝯferēdo: que omnia idem ep̄s in nostra ⁊ fratrum nostroꝝ presentia publice re cognouit. ❡ Lȝ autem memo ratus ep̄s in manibus nostris spōtanea cesserit volūtate: † nolētes tñ vt hi qui huiusmo di sentētiaȝ interdicti nō sunt veriti temeritate ꝓpria viola re: ac recipere dignitates: pre bēdas: ac beneficia alioꝝ: qui absq̄ꝫ culpa: ⁊ sine causa rō- nabili eis fuerant spoliati: se- ueritateȝ effugiant canonice vltionis: ne facti peruersitas trāseat p̄sumptoribus in exē- plum [g] auctoritate dei oīpo- tētis omnem institutioēȝ/de- stitutionem/collationem pre bēdaruȝ: beneficioꝝ: ac digni- tatum presumptas per eūdeȝ ep̄m: ⁊ excōmunicationis seu

Tanta est. ❡ CASVS. Domin⁹ papa ꝓpter quosdaȝ excessus q̄- rundam cōmissos in quosdā canonicos/⁊ p̄latos/⁊ clericos/⁊ res p̄dictoꝝ: regnuȝ Portugalie superpo suit īterdicto. P. epi scopus Colubriē. ab initio cepit seruare interdictū. tādeȝ mu tato cōsilio violauit temere interdictum delinquendo in dn̄m papā: qui tulerat ip- suȝ ⁊ eccl'iam Roma nam contēnēdo Pe- tri claues: ⁊ ledendo eccl'iasticam potesta tem ⁊ alios induxit: imo cōpulit non seruare interdictum: ⁊ quos inducere nō potuit post multas iniurias spoliauit eos dignitatib⁹ pre bendis ⁊ beneficiis suis: ⁊ eos coegit exulare interdicen- do: ⁊ excōmunicando eosdem/⁊ cōferendo predicta fauto- ribus suis: que oia idem ep̄s in presentia pape/⁊ fratrum ipsius/publice recognouit: renūcians ep̄atum in manu do mini pape spontanea volūtate: ⁊ lȝ ille renūciauerit: no- lens tamē dn̄s papa: vt illi qui sniam interdicti violaue- rant ⁊ receperāt beneficia alioꝝ: qui sine causa rationabi- li nō debuerant spoliari effugiant impuniti: ne facti puer- sitas trāseat presumptoribus in exēplū: decreuit irritas ⁊ inanes omnē institutionē/destitutionē/collationē benefi- cioꝝ ⁊ dignitatū presumptas per dictuȝ ep̄m: excōmunica tionis ⁊ interdicti snias in quoscūq̄ꝫ ꝓlatas ab eo hac oc- casione post violationē interdicti: ⁊ q̄ vbi magis excedit̄ grauius est iudicāduȝ. Mādat papa archiep̄o Bracharē. quatenus oēs illos quos ep̄s intrusit in bn̄ficia ⁊ dignita- tes alioꝝ non solum a bn̄ficiis ipsis: verūetiam ab aliīs si qua obtinent: debeat remouere tam p̄sumptores p̄dictos q̄ȝ oēs alios qui violarūt dānabiliter interdictum ab offi cio ⁊ bn̄ficio suspendēdo: ⁊ illos quos ꝯstiterit manus te- merarias extēdisse in personas: ⁊ res p̄dictoꝝ canonicorū prelatoꝝ: ⁊ clericorū ad p̄ntiaȝ pape veni re cōpellat. pro me- ritis recepturos in- uocato ad h̄ si opus fuerit brachio secu- lari. ❡ Nota q̄ qui violat interdictuȝ in quo dī delinq̄re: qui dānauit ⁊ ꝯtēnit cla ues Petri. Iteȝ post talem violationeȝ et ꝯtēptuȝ snia lata ab ipso violatore: ⁊ insti- tutio ⁊ destitutio ir- rita est. Itē violato- res interdicti ab of- ficio ⁊ beneficio sunt suspēdēdi. Item qui grauius excedit: gra uius est puniendus. Itē qui mittit violē tas manus in cleri- cum ad sedē apo. ire cōpellit̄. Iteȝ vbi ec- clesia per se nō suffi- cit inuocare dȝ auxi- lium brachiī sc'laris. ❡ Tāta est clauis. ❡ Violās īterdictū iurisditōe vel clauiū ptāte se priuat. h. d. Primo ponit ⁊ aggra- uat culpas ep̄i. Se- cūda ibi[Lȝ autem.] Recitat cessionē ip- sius: ⁊ culpas aliorū fautoꝝ: ⁊ irritos de- cernit act⁹ post īter- dicti sentētiaȝ viola- tā. Tertia ibi[Quia vo.] punit fautores qui beneficia recepe runt: et qui interdi- ctum violarūt: ⁊ qui illud seruantes op- presserunt: ⁊ eos citari mandat ad curiam. Abbas.

d ❡ Ecclesiam Romanaȝ. Unde magis puniendus fuit q̄ deliquit in principeȝ: ⁊ sine restitutione dānandus. xxj. distinc. intātum. Immo culpam ⁊ offensam quam in deū: ⁊ Romanaȝ ecclesiam cōmisit: remittere non posset. xxiij. questio. iiij. si is qui. ⁊. lxiij. dist. salonitane.

e ❡ Petri claues. De q̄bus habes. xxj. dis. in nouo. Un- de habet ptātem ligandi ⁊ soluēdi. xxiiij. q. j. q̄dcūq̄ꝫ. Iste enim cōtempsit Petri claues violando sniam interdicti tam per se q̄ȝ per alios/quos ad hoc cōpulit: ⁊ tūc suspen sus fuit violādo interdictum: vt dī. j. Bern̄.

f ❡ Non seruare. Propter hoc non excusantur cum pro nulla pena temporali debuerant interdicti sententiā vio- lare. xxxij. questio. v. ita ne. Lȝ culpam eorum attenuet. s. quod me. cau. facri. Argu. Bern̄.

g ❡ In exēplum. Ut per hoc etiam fiat ceteris interdi- ctio delinquendi. ij. q. vij. quapropter. s. eo. c. j. ⁊. s. de iude.

† ❡ Ob custādā i- famiā quā p depōneȝ īcurrisset. ar. ad h̄ in l. si reus. ff. de pen. ❡ No. ex h̄. t. admit tēdū spon taneā ces- sionē p̄la- ti q̄ ob de lictuȝ suū priuādus p sniaȝ ve- nit. Abb.

ad liberandam. in fine. quia facilitas venie incentiuum tribuit delinquendi. xxiii. q. iiii. est iniusta. Berñ.

¶ Glo. sequens notat violantem interdictum non posse beneficia conferre vel excommunicare. Ponit opi. Joan. cui opponit. et pro illa allegat contrarium decre. si celebrat. cui respondet. Secundo ponit secundam causam nullitatis ex parte recipientis collationem: ponens etiam quorundam lecturam: cui resistit. Tertio ponit tertiam causam ex parte destitutorum. Quarto prosequitur primum dictum interserens: an interdicto loco homines loci sint interdicti.

a ¶ Inanes. Nota quod qui non seruat sententiam interdicti beneficia vel dignitates conferre non potest tanquam suspensus. s. de conces. preben. quia diuersitatem. et hic patet manifeste. Item nec talis potest aliquem excommunicare: cum quantum ad sacramenta ecclesie excommunicatus reputetur: quia ex eo quod dicit irritas: patet quod institutiones: et excommunicationis sententie nulle fuerunt. xxiiii. q. i. audiuimus. Tamen Joan. dixit ibi quod suspensus tantum ab officio potest excommunicare. sed hoc non videtur: quia cum ipse sit officio priuatus alium priuare non potest: vt hic videtur: quia si sententia talis tenuisset illos absoluisset: vt in sententiis excommunicationis fieri consueuit: sed hic sententias illas decernit irritas et inanes. Arg. contra. s. de cleri. excom. mini. si celebrat. Sed hic longe magis excessit quam ibi: et est diuersus casus: ibi loquitur de suspensione canonis per participationem: hic de suspensione hominis. Item collatio predictorum nulla fuit: quia illi quibus collatio facta fuit non seruauerunt interdictum: nec excommunicatis conferri possunt: multo fortius. s. de cle. excom. mini. postulastis. §. ii. et. s. de eta. et qualita. cum bone. Quidam dicunt quod hic plus fuit processum. s. quod executores qui posuerunt interdictum excommunicauerunt violatores interdicti: et sic recte dicit irritas et inanes: sed ex litera huius decre. non colligitur hoc. sic etiam excommunicati fuerunt violatores interdicti. s. de cle. excom. mi. postulastis. §. ii. de institutionibus et destitutionibus nulla dubitatio est: quia sine culpa: et absque ordine iuris fuerunt destituti: et ita si nulla fuit destitutio nulla fuit institutio. iii. q. vi. hoc quippe. et. s. de accu. ad petitionem. et. j. de pur. cano. c. pe. et ita dubitatio tantum remanet circa sententias excommunicationis et interdicti: et de illis idem credo: vt dictum est. Ex eo. n. quod tantum excessit: vt patet in prin. decret. suspensus fuit a iurisdictione: contemnendo. n. claues ecclesie amisit potestatem clauium: sicut qui non est ligatus ex contemptu ligatur. xi. q. iii. §. cum ergo. et. xxiiii. q. iii. notandum. in fi. Locus. n. interdicitur propter homines: et ita homines sunt interdicti et suspensi: et non locus: quia cum locus sit res inanimata: nec suspendi: nec interdici potest. et ita cum dicitur interdico locum talem: hoc est dicere interdico homines illius loci: et celebrantes ibidem. et ita celebrantes in loco interdicto interdicti sunt et suspensi et irregulares. et ita nec eligere, nec eligi: nec etiam postulari possunt. s. de postu. c. j. et

Locus an possit interdici.

interdicti sententias: in quascunque hac occasione prolatas ab eo post interdicti violationem eiusdem decernimus irritas et inanes [a]. Quia vbi magis exceditur: ibi est seuerius vindicandum [b]. Mandamus quatenus omnibus quos predictus episcopus in supradicta beneficia prebendas: et dignitates intruserit: non solum a beneficiis ipsis, prebendis, et dignitatibus: verumetiam ab aliis beneficiis: si qua obtinent: et ecclesiis prorsus amotis: tam presumptores eosdem quam omnes alios qui prefatum interdictum damnabiliter violarunt: suspendas auctoritate apostolica ab officio et beneficio [c]. Illos quoque quos in personas: et res predictorum canonicorum: prelatorum: et clericorum: manus temerarias constiterit extendisse: ad nostram venire compellas presentiam pro meritis sententiam recepturos: inuocato ad hoc: si opus fuerit: auxilio brachii secularis [d].

¶ De noui operis nunciatione.

Lucius. iii. Paduano epo.

¶ Etiam ecclesia edificata post nunciationem noui operis destruenda est expensis construentis. h. d. cum sequenti. Cap. j.

Intelleximus ex literis: quod cum causa que vertitur inter priorem sancti Cypriani et clericos de Rodigio super capella que in preiudicium baptismalis ecclesie de costa ab eisdem cle-

s. de elec. cum iter. R. et. s. de consue. cum dilectus. s. de cle. excom. mini. aplice. Et sic iste episcopus qui violauit interdictum quod ab initio ceperat obseruare suspensus fuit et irregularis. Unde postea in alios sententias excommunicationis seu interdicti: aut suspensionis ferre non potuit. et solus papa cum talibus dispensare potest. s. de re iudi. cum eterni. et. j. de sen. excommu. cum medicinalis. li. vi. ar. contra. s. quod non sit irregularis vel suspensus. s. de cle. excommu. mini. postulastis. §. vlti. et hic. vbi dicit suspendas omnes etc. Sed istud ad factum refertur: cum etiam iam essent suspensi violando interdictum. sed qui celebrat: aut etiam celebrat excommunicatis non est suspensus proprie: nisi a perceptione sacrorum: aut irregularis: licet alias sit puniendus: dummodo non in contemptum: et contra prohibitiones superiorum. s. de cle. excom. mini. si celebrat. cum hoc in iure non inueniatur statutum: et ideo non debet extendi hec pena. B.

b ¶ Uindicandum. Quia vbi maior est culpa: maior exercetur debet vindicta. s. de heret. excommunicamus. §. credentes. vbi inuenies concordantias plures. De hoc simile. s. de eta. et qualita. cum bone.

Culpe maiori maior punitio.

c ¶ Beneficio. Hec est pena illorum qui non seruant interdictum. s. de cleri. excom. mini. postulastis. §. quesiuistis.

d ¶ Secularis. Ut. s. de offi. ordi. c. j. et. c. quum in plerisque. in fi. et. s. de iudi. cum non ab homine. vbi enim ecclesia amplius facere non potest implorare debet auxilium seculare et compellere: et econuerso. s. de maledi. c. ii. ar.

¶ Rubrica. De noui operis. Supra visum est de excessibus prelatorum in genere. nunc restat videre in specie de excessu qui fit in edificando. Abbas sicu.

Intelleximus. ¶ CASVS. Clerici de Rodigio ceperunt edificare quandam capellam in preiudicium baptismalis ecclesie de Costa pertinentis ad priorem sancti Cypriani de Venetiis ex parte ecclesie baptismalis denunciatum fuit nouum opus clericis de Rodigio: ne in preiudicium ipsius ecclesie illam capellam edificarent: ipsi spreta denunciatione processerunt in opere. Unde super hoc ad petitionem prioris sancti Cypriani de Venetiis commissa fuit causa Paduano epo. Eps, quia de noui operis nunciatione in canonibus non reperit. Quesiuit a papa qualiter super hoc esset procedendum: quia vbi sicut leges non dedignantur sacros canones imitari. Item sacri canones principum constitutionibus adiuuantur. Mandat papa eidem epo: quatenus diligenter consideret: quod post denunciationem noui operis, siue iure, siue iniuria aliquid construatur: secundum leges debet demoliri: et secundum canones nulla ecclesia in preiudicium alterius est construenda. Unde negocium ipsum tam secundum leges quam secundum canones non differat terminare. ¶ No. quod leges non dedignantur canones imitari: et econtra canones legibus adiuuantur. Item post denunciationem noui operis nihil est faciendum: alias totum debet destrui. Item nulla ecclesia in preiudicium alterius est construenda.

No. et c. q le- s famu nt cano y canō s pō de nt adiu ri pstō bus le- j. Abb. egib9 in caf ca- nib9 de ictib9. ecclica- z noui is nun- tio cō- uiunt.

Intellerimus. Edificium post nunciationem noui operis demoliri dz expensis cōstruentis. h. d. In prima cō sultatio. In secunda responsio. ibi [Quia vo.] Abbas.

a Non dedignant. In auc. vt cle. apud proprios epos ad fi. col. vj. z in auc. de eccle. ti. in prin. col. ix. z. ij. q. iij. §. hinc colligitur.

b Adiuuātur. Et ita in cā ecclesiastica leges possumus allegare vt etiaz si canones deficiant possit iudicari fm leges. z. di. lege. z. c. si in adiutorium. xxiij. q. v. ij. historia. liiij. di. ex antiqs. Ar. §. xxxiij. q. ij. iter hec. xxxij. q. iiij. nemo. Dicas q legibus vtendū est in ecclesiasticis cau sis nisi canonibus cōtradicant qz tūc non. x. di. c. j. z hic in fi. dī z facit ad hoc. C. de no. co. cōpo. hec q̄ ne ibi: pterq̄ si iurisditione aliqua adiuuet. s. de malc. c. ij. vbi de hoc.

c Iniuria. Hoc sū ptuz est. ff. de no. ope. nun. l. ptor. §. ait ptor z. l. ij. z est sile in excōicatione que tenet semp / siue iusta / siue iniusta. xj. q. iij. c. j. tāta est enim vis denunciationis vt si aliqd fiat post denūciationē ante remissionē / vel satisdationem de ope demoliendo: et si ius hēat edificādi in totū dz demoliri. l. predi. pretor. §. j. z hic. z. j. c. pxi. z hec nūciatio faciēda est in re pńti z in ipso ope: z nō tm̄ dño sed illis qui ibi sunt. ff. eo. de pupillo. §. nunciare. z hoc dī. j. c. pxi. z hoc ideo: qz denunciatio ista in rē est z non in psonā. ff. eo. l. operis noui nunciatio. vnde cuicūqz fiat tenet. ff. e. cuslibet. alibi facta q̄ in re nō tenet. ff. e. de pupillo. §. sigs forte quod pōt intelligi q nō tenebit quo ad hoc: vt non teneat demoliri opus factum cū ius habeat edificādi: qd fieret si esset facta in re. vt hic dicit. Et no. q tot debent eē denunciationes z tot remissiones quot sunt loca in quibus edificant ff. e. de pupillo. §. si in pluribus. Lau.

d In preiudiciū. Hec est alia cā demoliēdi edificium. in preiudiciū enī ecclie parrochialis alia fieri non dz. xvj. q. j. ecclie. z. c. qcunqz. z. s. de eccle. edi. ad audientiā. i. nisi iusta cā subsit. vt ibi dī z tūc id fieri dz auctoritate epi.

ricis est constructa. L. r. delegata fuisset: z infra. Quia vo sicut leges nō dedignantur[a] sacros canones imitari: ita z sacroz statuta canonuz principū cōstitutionibus adiuuantur[b]. §. t. mandamus quatenus diligenter considerans q post denunciationez noui operis: siue iure / siue iniuria[c] aliquid cōstruat: legalibus dz cōstitutionibus demoliri: z qz nulla ecclesia in preiudicium[d] est alterius cōstituenda: negocium ipsum fm legum z canonum statuta non differas terminare.

Inno. iij. cantua. archiepo.

Summat vt. s. c. pxi. l. a. ij.

Cum ex iniuncto: et infra. §. t. mādamus quatenus quicquid edificatum est in ecclia de Lemech. post noui operis nunciationem: expēsis[e] tuis facias penitus demoliri: eo non obstante si etiā absens extiteris: cū cautum[f] sit legitima sanctione: vt si is cui opus nouum fuerat nunciatum[g] ante remissionem[h] edificauerit: deinde agere ceperit: ius sibi esse ita edificatū habere sibi debeat actio denegari reducēs prorsus in irrituz quicquid de instituēdis ibi canonicis z alijs ad ipsam ecclesiam pertinētibus: a te vel predecessore tuo cognoscit ordinatum: eorum redditibus ad statū pristinuz reuocatis: quos ab obligatione prestiti iuramenti ab obligatione prestiti iuramenti denūciet absolutos auctoritate pape: quia ex quo principale non tenet quicqd ex eo vel ob id secutum fuerit debet irritari.

